Uri autem et capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite
ergo timere. multis passeribus meliores estis uos. Omnis ergo
qui confitebitur me coram hominibus. confitebor et ego eū
T m. cxiiii III m. lxxxuii le. xcuiii Ioh. xlui coram patre meo. qui in celis est. Qui autem negauerit me
coram hominibus. negabo et ego eū corā patre meo. qui in celis est.
T m. cxu V le. clx Nolite arbitrari. quia uenerim mittere pacem in terrā.

Non ueni pacem mittere sed gladium. Veni enim separare
hominem aduersus patrem suum. et filiam aduersus matrē
suam. et nurum aduersus socrum suam. et inimici hominis
m.xcvi domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plus quā me.
V le.clxxxii non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam sup me.
non est me dignus. Et qui non accipit crucem suā et sequi
m.xcviii III tur me. non est me dignus. Qui inuenit animā suā. perdet
le.ccxi lo.cxi eam. Et qui pdiderit animā suā propter me. inueniet eā.
m.xcviiii V m.xcvi Qui recipit uos. me recipit. Et qui me recipit. recipit eū
le.cxvi lo.cxc m.xcviiii X Sot qui me misit. Qui recipit prophetā in nomine prophete.
mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustum in no
m.c. VI m.xcviii mine iusti. mercedem iusti accipiet. Et quicumq; potum
dederit uni ex minimis istis. calicem aque frigide tantū
in nomine discipuli. Amen dico uobis. non pdet mercedē suā

XI m.ci. X Sot ET factum est cum consummasset ihc
precipiens duodecim discipulis suis. transiit inde. ut doce
ret. et predicaret in ciuitatibus eorum.

m.cii. V le.lxviiii Iohannes autem cum audisset in uinculis opera xpi. mit
tens duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui uenturus es. an
alium expectamus. Et respondens ihc. ait illis. Euntes

renuntiate iohanni que audistis et uidistis · Ceci uident ·
claudi ambulant · leprosi mundantur · Surdi audiunt · mor
tui resurgunt · pauperes euangelizantur · Et beatus est · qui
non fuerit scandalizatus in me · Illis autem abeuntibus ·
cepit ihc dicere ad turbas de iohanne · Quid existis in deser
tum uidere harundinem uento agitatam · Sed quid existis
uidere hominem mollibus uestitum · Ecce qui mollibus
uestiuntur · in domibus regum sunt · Sed quid existis ui
dere prophetam · etiam dico uobis · et plus quam prophetam ·
m · cxiii le · lxx hic est enim · de quo scriptum est · Ecce mitto angelum meum
ante faciem tuam · qui preparabit uiam tuam · ante te ·
m · cxiiii le · xxi Amen dico uobis · non surrexit inter natos mulierum ·
maior iohanne baptista · Qui autem minor est · in regno
m · cxv le · cxcii celorum maior est illo · A diebus autem iohannis baptiste
usque nunc · regnum celorum uim patitur · et uiolenti ra
m · cxvi Sol piunt illud · Omnes enim prophete et lex · usque ad iohan
nem prophetauerunt · Et si uultis recipere · ipse est helias
qui uenturus est · Qui habet aures audiendi · audiat ·
m · cxvii le · lxxiii Cui autem similem estimabo generationem istam · simi
lis est pueris sedentibus in foro · qui clamantes coequalibus

dicunt. Cecinimus uobis. et non saltastis. lamentauimus.
et non planxistis. Venit enim iohannes. neq; manducans.
neque bibens. et dicunt. demonium habet. Venit filius
hominis manducans et bibens. et dicunt. ecce homo uorax.
et potator uini. publicanorum et peccatorum amicus. et
iustificata est sapientia a filiis suis.

T m·cuiii V L·cxu

Tunc coepit exprobrare ciuitatib. in quib. facte sunt
plurime uirtutes eius. quia non egissent penitentiā. Ve tibi
corozaim. ue tibi bethsaida. Quia si in tyro et sidone facte
essent uirtutes. que facte sunt in uobis. Olim in cilicio et
cinere penitentiam egissent. Verumtamen dico uobis.
Tyro et sydoni remissius erit in die iudicii. quam uobis.
Et tu capharnaum. numquid usq; in celum exaltaberis.
T m·cuiiii X Sol
usque in infernū descendes. Quia in sodomis facte fuissent
uirtutes. que facte sunt in te. forte mansissent usque in
hunc diem. Verumtamen dico uob[is]. quia terre sodomorū
et gomorreorum remissius erit in die iudicii quam tibi.

In illo tempore. Respondens ihc. dixit.

T m·cx V L xuiii

Confiteor tibi dn̄e pater celi et terre. quia abscondisti
hec a sapientibus et prudentibus. et reuelasti ea paruulis.

m. cxi III lc. cxuiiii Io. cxlviii — Ita pater. quo sic fuit placitum ante. Omnia mihi tradita
sunt a patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater. neque
m. cxii III lc. cxuiii Io. lxxxuii — patrem quis nouit nisi filius. et cui uoluerit filius reuelare.
m. cxiii X Sol — Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. et ego
reficiam uos. Tollite iugum meũ sup uos. et discite a me
quia mitis sum et humilis corde. et inuenietis requiem
animabus uris. Iugũ enim meũ suaue ẽ. et onus meũ leue.
XII m. cxiiii II mr. xxiiii l. xli — IN illo tempore. Abiit ihc sabbato per sata.
Discipuli autem eius esurientes. ceperunt uellere spicas.
et manducare. Pharisei autẽ uidentes. dixerunt ei. Ecce
discipuli tui faciunt. quod non licet eis facere sabbatis.
At ille dixit eis. Non legistis quid fecerit dauid quando
esurit et qui cum eo erant. quomodo intrauit in domum
dĩ. et panes propositionis comedit. quos non licebat ei
edere. neque his qui cum eo erant. nisi solis sacerdotibus.
m. cxu X Sol — Aut non legistis in lege. quia sabbatis sacerdotes in tẽplo
sabbatum uiolant. et sine crimine sunt. Dico autem
uobis. quia templo maior est hic. Si autem sciretis quid ẽ.
misericordiã uolo et non sacrificium. numquã condemp
nassetis innocentes. Dñs ẽ enĩ filius hominis etiã sabbati.

T̄ m̄ cxvi II m̄ xxv lc xlii Et cum inde transset [sis] uenit in synagogam eorum. et ecce
homo manum habens aridam. Et interrogabant eū dicen
tes. Si licet sabbatis curare. ut accusarent eum. Ipse autē
dixit illis. Quis erit ex uobis homo qui habeat ouem unam.
et si ceciderit hec sabbatis in foueam. nonne tenebit et leua
bit eam. quanto magis melior est homo oue; Itaque licet
sabbatis benefacere. Tunc ait homini. Extende manum
tuam. et extendit. et restituta est sanitati sicut altera.
T̄ m̄ cxvii IIII m̄ xxvi lc cxciii I xcv Exeuntes autem pharisei consilium faciebant aduersus
eum. quomodo eum perderent.
T̄ m̄ cxviii X Sot Ihc autem sciens recessit inde. et secuti sunt eum multi.
et curauit eos omnes. Et precepit eis ne manifestū [eum] facerent.
ut adimpleretur quod dictum est per esaiam prophetā
dicentem. Ecce puer meus quem elegi. dilectus meus.
in quo bene cōplacuit anime mee. Ponā spm meum
sup eum. et iudicium gentibus nuntiabit. non conten
det neque clamabit. neque audiet aliquis in plateis
uocem eius. Arundinem quassatam non confringet.
et linum fumigans non extinguet. donec eiciat ad uicto
riam iudicium. et in nomine eius gentes sperabunt.

m̄t. cxviiii Tunc oblatus est ei demonium habens. cecus et mutus. et cu
v lc. cxxii rauit eum. ita ut loqueretur et uideret.
m̄t. cxx Et stupebant omnes turbe. et dicebant. Numquid hic
vii lc. lxxxii est filius dauid. Pharisei autem audientes dixerunt.
m̄t. cxxi ii m̄r. xxxii lo. cxxviii hic non eicit demones. nisi in beelzebub principe demoniorū.
m̄t. cxxii ii m̄r. xxxiii Ihs autem sciens cogitationes eorū. dixit eis. Omne
lc. cxxviiii regnum diuisum contra se. desolabitur. Et omnis
ciuitas uel domus diuisa contra se. non stabit. Et si sata
nas satanan eicit. aduersum se diuisum se diuisum est.
Quomodo ergo stabit regnum eius. Et si ergo in be
elzebub eicio demones. filii urī in quo eiciunt. Ideo
ipsi iudices erunt urī. Si autem ego in spū dī eicio de
mones. igitur peruenit in uos regnum dī. Aut quomo
do potest quisquam intrare in domū fortis. et uasa eius
diripere. nisi prius alligauerit fortem. et tunc domū
m̄t. cxxiii illius diripiet. Qui non est mecum. contra me est.
ii m̄r. xxxiii lc. cxlviii Et qui non congregat mecum. spargit. Ideo dico uob.
Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus.
sps autem blasphemiae non remittetur. Et quicumq;
dixerit uerbum contra filiū hominis. remittetur ei.

qui autem dixerit contra sp̄m sc̄m · non remittetur ei ·
neque in hoc sc̄lo · neque in futuro ·
m̄t · cxxiiii x Sol — Aut facite arborem bonam · et fructum eius bonum ·
aut facite arborem malam et fructum eius malum;
Siquidem ex fructu arbor agnoscitur · Progenies
uiperarum · quomodo potestis bona loqui · cum sitis
mali · Ex abundantia eni̅ cordis · os loquitur ·
m̄t · cxxv v lc · cxxviii — Bonus homo · de bono thesauro profert bona · &
malus homo · de malo thesauro profert mala ·
m̄t · cxxvi v lc · cxxviii — Dico autem uobis · quo omne uerbum otiosum · quod
locuti fuerint homines · reddent rationem deeo in die
iudicii · Ex uerbis enim tuis iustificaberis · et ex uerbis
tuis condemnaberis ·
m̄t · cxxvii v lc · cxxviiii — Tunc responderunt ei quidam de scribis et phariseis ·
dicentes · Magister · uolumus a te signum uidere ·
m̄t · cxxviii v lc · cxxxii — Qui respondens · ait illis · Generatio mala et adultera
signum querit · et signum non dabitur ei · nisi signum
ionae prophetae · Sicut enim fuit ionas in uentre
ceti tribus diebus · et tribus noctibus · sic erit filius
hominis in corde terre · tribus diebus et trib; noctibus ·

Viri nineuitę surgent in iudicio cum generatione
ista; et condempnabunt eam. quia paenitentiam
egerunt in predicatione ionę. Et ecce plus quã iona
hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione
ista. et condempnabit eã. quia uenit a finibus terrę.
audire sapientiam salomonis. Et ecce plus quam
mt. cxxviiii u le. cxxx salomon hic. Cum autem inmundus sps exierit
ab homine. ambulat per loca arida. querens requiẽ
et non inuenit; tunc dicit. Reuertar in domũ meã
unde exiui. Et ueniens inuenit uacantem. scopis
mundatam et ornatam. Tunc uadit et assumit
septem alios sps secum nequiores se. et intrantes
habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius.
peiora prioribus. Sic erit et generationi huic pessimę.
mt. cxxx ii mr. xxxu le. lxxxii Adhuc eo loquente ad turbas. ecce mater eius et
fratres stabant foris. querentes loqui ei. Dixit autẽ
ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui. foris stant.
querentes te. At ipse respondens. dicenti sibi ait.
Quę est mater mea. et qui sunt fratres mei. Et exten
dens manum in discipulos suos. dixit. Ecce mater

mea et fratres mei. Qui cumque enim fecerit uoluntatem
patris mei qui in celis est. ipse meus et frater. et soror
et mater est.

m. cxxxi II m. xxxiii l. lxxxviii IN ILLO DIE EXIENS IHC XIII
de domo. sedebat secus mare. et congregate sunt ad
eum turbe multe. ita ut in nauiculam ascendens sederet.
Et omnis turba stabat in litore. et locutus est eis multa
in parabolis dicens. Ecce exiit qui seminat. seminare.
Et dum seminat. quedam ceciderunt secus uiam. et
uenerunt uolucres et comederunt ea. Alia autem ceciderunt
in petrosa. ubi non habebant terram multam. et continuo
exorta sunt. quia non habebant altitudinem terrae.
Sole autem orto. aestuauerunt. et quia non habebant
radicem aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas.
et creuerunt spine. et suffocauerunt ea. Alia uero
ceciderunt in terram bonam. et dabant fructum. aliud
centesimum. aliud sexagesimum. aliud tricesimum.
Qui habet aures audiendi. audiat. Et accedentes
discipuli. dixerunt ei. Quare in parabolis loqueris
eis. Qui respondens. ait illis. Quia uobis datum est

nosse mysteria regni celorum· illis autē non ē datū·
m· cxxxii V le· lxxxi Qui enim habet dabitur ei· et abundabit· qui autē
non habet· et quod habet auferetur ab eo·
m· cxxxiii I m· xxxviii le· lxxvii io· c viiii Ideo in parabolis loquor eis· quia uidentes non uident·
et audientes non audiunt· neque intellegunt· et ad
impletur in eis prophetia isaie dicentis; Auditu
audietis et non intellegetis· et uidentes uidebitis· et
non uidebitis· incrassatum est enim cor populi
huius· et auribus grauiter audierunt· et oculos suos
cluserunt· nequando uideant oculis· et auribus au
diant· et corde intellegant· et cōuertant· et sanē eos·
m· cxxxiiii V le· cxx Vri autem beati oculi quia uident· et aures urę·
quia audiunt; Amen quippe dico uobis· quia
multi prophetę et iusti cupierunt uidere quę uidetis·
et non uiderunt· et audire quę auditis· et non audierunt·
m· cxxxv II m· xxxviiii le· lxxviiii Vos ergo audite parabolam seminantis; Omnis
qui audit uerbum regni et non intellegit· uenit
malus et rapit quod seminatum est in corde eius·
hic est qui secus uiam seminatus est· Qui autem su
per petrosa seminatus est· hic est qui uerbū audit·

et continuo cum gaudio accipit illud. non hab&
autem in se radicem. sed est temporalis. Facta autē
tribulatione et persecutione. propter uerbū conti
nuo scandalizatur. Qui autem est seminatus in
spinis. hic est qui uerbum audit. et sollicitudo
seculi istius. et fallatia diuitiarū suffocat uerbum.
et sine fructu efficitur. Qui uero interram bonam
seminatus est. hic est qui audit uerbum. et intellegit
et fructum adfert. et facit aliud quidem centesimū.
aliud autem sexagesimum. aliud uero tricesimū.

T. m. cxxxiii
Sot

Aliam parabolam proposuit illis dicens. Simile
factum est regnum celorum. homini qui semina
uit bonum semen inagro suo. Cum autem dormi
rent homines. uenit inimicus eius. et sup seminauit
zizania in medio tritici et abiit. Cum autem cre
uisset herba: et fructum fecisset. tunc apparuerunt
et zizania. Accedentes autem serui patris familias.
dixerunt ei. Dn̄e. nonne bonum semen seminasti
inagro tuo. unde ergo habet zizania. Et ait illis.
Inimicus homo hoc fecit. Serui autē. dixerunt ei

Uisimus et colligimus ea? Et ait. Non. Ne forte
colligentes zizania eradicetis simul cum eis et triti
cum. Sinite utraque crescere usque ad messem.
Et in tempore messis dicam messoribus. Colligite
primum zizania et alligate ea fasciculos ad combu
rendum. Triticum autem congregate in horreum meum.

m̄ cxxxuii ii c̄ xl iiii lc clxuiii

Aliam parabolam proposuit illis dicens. Simile est
regnum cęlorum grano sinapis. quod accipiens ho
mo. seminauit in agro suo. quod minimum quidem
est omnibus seminibus. Cum autem creuerit. maius
est omnibus holeribus. et fit arbor. ita ut uolucres
cęli ueniant et habitent in ramis eius.

m̄ cxxxuiii u lc clxuiii

Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum
cęlorum fermento. quod acceptum mulier abscon
dit in farinę satis tribus. donec fermentatum est totum.

m̄ cxxxuiiii ui lc clxuiiii

Hęc omnia locutus est ihs in parabolis ad turbas.
et sine parabolis non loquebatur eis. ut impleretur
quod dictum erat per prophetam dicentem.
Aperiam in parabolis os meum. eructabo abscon
dita a constitutione mundi.

c̄m·cxl
x
Sot

Tunc dimissis turbis· uenit in domum· et accesserunt
ad eum discipuli eius dicentes· Dissere nobis para
bolam zizaniorum agri· Qui respondens· ait· Qui
seminat bonum semen· est filius hominis· ager
autem est mundus· Bonum uero semen· hi sunt filii
regni· Zizania autem· filii sunt nequam· Inimicus
autem qui seminauit ea· est diabolus· Messis uero
consummatio seculi est· messores autē angeli sunt·
Sicut ergo colliguntur zizania et igni cōburentur·
sic erit in consummatione seculi· Mittet filius ho
minis angelos suos· et colligent de regno eius omnia
scandala et eos qui faciunt iniquitatem· et mittet
eos in caminum ignis· ibi erit fletus et stridor den
tium· Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris
eorum· Qui habet aures audiendi· audiat·
Simile est regnum celorum thesauro abscondito
in agro· Quem qui inuenit homo abscondit· et pre
gaudio illius uadit et uendit uniuersa que habet·
et emit agrum illum· Iterum simile est regnorū
homini negotiatori· querenti bonas margaritas·

Inuenta autem una pretiosa margarita: abiit et
uendidit omnia que habuit. et emit eam. Iterum
simile est regnum celorum. sagene misse in mare.
et ex omni genere (piscium) congreganti. Quam cum imple
ta esset. educentes et secus litus sedentes. elegerunt
bonos in uasa: malos autem foras miserunt. Sic erit
in consummatione seculi. Exibunt angeli. et sepa
rabunt malos de medio iustorum. et mittent (eos) in cami
num ignis. ibi erit fletus. et stridor dentium.
Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. etiam. Ait illis.
Ideo omnis scriba doctus in regno celorum. similis est homini
patrifamilias. qui profert de thesauro suo. noua et uetera.
Et factum est cum consummasset ihs parabolas
m.cxli a.i. l.xuiii lo.luiii istas. transiit inde. Et ueniens in patriam suam. doce
bat eos in synagogis eorum. ita ut mirarentur et
dicerent. Unde huic sapientia hec et uirtutes?
Nonne hic est fabri filius? nonne mater eius dicitur
maria: et fratres eius iacobus et ioseph. et symon
et iudas. et soro [illegible] res eius nonne omnes apud
et [illegible] nos sunt? [illegible] dis Unde ergo huic omnia ista?

Et scandalizabantur in eo.

mt·cxlii I mr·li lc·xxi lo·xxxvi Ihs autem dixit eis. Non est propheta sine honore.
nisi in patria sua et in domo suo. Et non fecit ibi
uirtutes multas. propter incredulitatē illorum.

mt·cxliii II mr·lviii lo·xc IN ILLO TEMPORE AUDIVIT XIIII
herodes tetrarcha famam ihu. et ait pueris suis.
hic est iohannes baptista. ipse surrexit a mortuis.
et ideo uirtutes operantur in eo.

mt·cxliiii II mr·lviiii lo·xii Herodes enim tenuit iohannem. et alligauit eum.
et posuit in carcere. propter herodiaden uxorem
fratris sui. Dicebat enim illi iohannes. Non licet
tibi habere eam. Et uolens illū occidere. timuit
populum; quia sicut pphetā eum habebant.

mt·cxlv VI mr·lx Die autem natalis herodis. saltauit filia herodia
dis in medio. et placuit herodi. Unde cum iura
mento pollicitus est ei dare. quodcumque postu
lasset ab eo. At illa premonita a matre sua. da
mihi inquit hic in disco. caput iohannis baptiste.
Et contristatus est rex [illegible] sin. Propter iuramen
tum autem. et eos qui pari bo[illegible]ter recumbe[illegible]bant.

iussit dari. Misitque et decollauit iohannem in car-
cere. et adlatum est caput eius in disco. et datū est
puelle. et tulit matri sue. Et accedentes discipuli
eius. tulerunt corpus. et sepelierunt illud. et
uenientes. nuntiauerunt ihu.

mt. cxlvi III lc. xii lo. xlviii
Quod cum audisset ihs. secessit inde in nauicula
in locum desertum seorsum. Et cum audissent
turbe. secute sunt eum pedestres de ciuitatibus;
Et exiens uidit turbam multam. et misertus est
eius. et curauit languidos eorum.

mt. cxlvii IIII mr. lxiiii lc. xciii lo. xlviiii
Vespere autem facto. accesserunt ad eum discipuli
eius dicentes. Desertus est locus. et hora iam preterit.
dimitte turbas. ut euntes in castella. emant sibi escas.
Ihs autem dixit eis; Non habent necesse ire. date illis
uos manducare. Responderunt ei. Non habemus
hic nisi quinque panes. et duos pisces. Qui ait illis.
Adferte illos mihi huc. Et cum iussisset turbā
discumbere supra fenum. acceptis quinque panib;
et duobus piscibus. aspiciens in celum benedixit
et fregit. et dedit discipulis panes. discipuli autē

turbis · Et manducauerunt omnes · et saturati sunt ·
Et tulerunt reliquias · duodecim cophinos fragmen
torum plenos · manducantium autem fuit nume
rus · quinque milia hominum · exceptis mulierib;
m·clx·uiii VI m·lxu et paruulis · Et statim iussit discipulos ascen
dere innauiculam · et precedere eum trans fretum ·
donec dimitteret turbas ·
m·cxluiiii II m·lxui Et dimissa turba · ascendit in montem solus orare ·
le·xiiii l·xxxi Uespere autem facto · solus erat ibi · Nauicula autē ·
m·cl IIII m·lxuii le·li in medio mari iactabatur fluctibus · Erat enim
contrarius uentus · Quarta autem uigilia noctis ·
uenit ad eos ambulans sup mare · Et uidentes eum
supra mare ambulantem · turbati sunt dicentes ·
quia fantasma est · Et pre timore clamauerunt ·
Statimque ihs · locutus est eis dicens · habete fidu
tiam · ego sum · nolite timere ·
m·cli X Sot Respondens autem petrus · dixit ei · Dne · si tu es ·
iube me uenire ad te super aquas · At ipse ait ·
Veni · Et descendens petrus de nauicula · ambu
labat sup aquam · ut ueniret ad ihm · Videns uero

uentum ualidum· timuit· Et cum cepisset mergi·
clamauit dicens· Dn̄e· saluum me fac· Et continuo
ih̄c extendens manum· apprehendit eum· et ait illi·
Modice fidei· quare dubitasti·

m̄·clii
vi
ch·lxviii

Et cum ascendissent innauiculam· cessauit uentus·
qui autem innauicula erant· uenerunt· et adorauerunt
eum dicentes· Vere· filius di̅ es;

m̄·cliii
ii
ch·lxviiii
le·xxxvii

Et cum transfretassent· uenerunt interrā genessar·
Et cum cognouissent eum uiri loci illius· miserunt
in uniuersam regionem illam· et obtulerunt ei om
nes male habentes· et rogabant eum· ut uel fimbriā
uestimenti eius tangerent; Et quicumque tetige
runt· salui facti sunt·

m̄·cliiii
v
ch·lxxi

TUNC ACCESSERUNT AD EUM· XV·
ab hierosolymis scribe et pharisei· dicentes· quare
discipuli tui transgrediuntur traditionē seniorum·
Non enim lauant manus suas· cum panem mandu
cant· Ipse autem respondens· ait illis· Quare et
uos transgredimini mandatum di̅· propter traditi
onem ur̄am· Nam ds̄ dixit· honora patrē et matrē·

Et qui maledixerit patri uel matri · morte moriatur ·
Vos autem dicitis · quicumque dixerit patri uel matri ·
munus quodcumque est ex me tibi proderit · et non
honorificauit patrem suum aut matrem suam · Et irritū
fecistis mandatum dī · propter traditionem uram ·
hypochritę · bene prophetauit de uobis esaias dicens ·
Populus hic labiis me honorat · cor autem eorum longe est
a me · Sine causa autem colunt me · docentes doctrinas
mandata hominum · Et conuocatis ad se turbis · dixit
eis · Audite · et intellegite · Non quod intrat in os · coin
quinat hominem · sed quod procedit ex ore · hoc
coinquinat hominem ·

mt · clv x Sol TUNC ACCEDENTES DISCIPULI EIUS ·
dixerunt ei · Scis quia pharisei audito uerbo · scandali
zati sunt · At ille respondens · ait · Omnis plantatio quā
non plantauit pater meus celestis · eradicabitur ·

mt · clvi ui Lc · lvii Sinite illos · ceci sunt · duces cecorum · Cecus autem
si ceco ducatum prestet · ambo in foueam cadunt ·

mt · clvii x Sol Respondens autem petrus · dixit ei · Edissere nobis para
bolam istam · At ille dixit · Adhuc et uos sine intellectu estis ·

N intell gitis quia omne quod in os intrat · in uentrem uadit ·
et in secessum emittitur · Que autem procedunt de ore ·
de corde exeunt · et ea coinquinant hominem De corde
enim exeunt cogitationes male · homicidia · adulteria ·
fornicationes · furta · falsa testimonia · blasphemie · hec
sunt que coinquinant hominem · Non lotis autem manib;
manducare · non coinquinat hominem ·
Et egressus inde ih̄s · secessit in partes tyri et sidonis ·
Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa · clama
uit dicens ei · Miserere mei dn̄e fili dauid · filia mea male
a demonio uexatur · qui non respondit ei uerbum · Et
accedentes discipuli eius · rogabant eum dicentes · Di
mitte eam · quia clamat post nos ·
mt̄·clviii V lc·ccxxvi Ipse autem respondens · ait · Non sum missus · nisi ad oues
que perierunt domus isrl̄ ·
mt̄·clviiii VI mr·lxxiii At illa uenit · et adorabat eum dicens · Dn̄e · adiuua
me · qui respondens ait · Non est bonum sumere panē
filiorum · et mittere canibus · At illa dixit · Etiam dn̄e ·
Nam et catelli edunt de micis · que cadunt de micis do
minorū suorum · Tunc respondens ih̄s · ait illi ·

O mulier· magna est fides tua· fiat tibi sicut uis· Et
sanata est filia illius· ex illa hora·
m·clx II ch·lxxvi ET cum transisset inde ihc·
uenit secus mare galileæ· et ascendens in montem· sede
bat ibi· Et accesserunt ad eum turbę multę· habentes
secum mutos· clodos· cecos· debiles· et alios multos· et
proiecerunt eos ad pedes eius· et curauit eos; ita ut turbę
mirarentur· uidentes mutos loquentes· clodos ambu
lantes· cecos uidentes· et magnificabant dm̄ isrl·
IHC AUTEM CONUOCATIS XVI
discipulis suis· dixit· Misereor turbę· quia triduo iā
ꝑseuerant mecum· et non habent quod manducent·
Et dimittere eos ieiunos nolo· ne deficiant in uia &
dicunt ei discipuli· Unde ergo nob̄ in deserto panes tan
tos· ut saturemus turbam tantam· Et ait illis ihs·
Quot panes habetis· At illi dixerunt· septem· et paucos
pisciculos· Et precepit turbę· ut discumberet super
terram· Et accipiens septem panes et pisces· et gratias
agens fregit· et dedit discipulis suis· et discipuli dederū
populo· et comederunt omnes· et saturati sunt· Et

quod superfuit de fragmentis tulerunt· septem spor
tas plenas· Erant autem qui manducauerunt· quat
tuor milia hominum· extra paruulos et mulieres·
Et dimissa turba· ascendit in nauiculam· et uenit in
fines magedan·
m̄·clxi· R [iiii] m̄·lxxvii Et accesserunt ad eum pharisei et sadducei temptantes·
i·xxiii· ]Liii· et rogauerunt eum· ut signum de celo ostenderet eis·
m̄·clxii· [v] L·clx· At ille respondens· ait eis; facto uespere dicitis· serenū
erit· rubicundum est enim celum· Et mane· hodie
tempestas· rutilat enim triste celum· Faciem ergo celi
diiudicare nostis· signa autem temporum non potestis·
m̄·clxiii· R [vi] m̄·lxxviii· Generatio mala et adultera signum querit· et signū
non dabitur ei· nisi signum ione· Et relictis illis·
abiit· Et cum uenissent discipuli eius trans fretum·
obliti sunt panes accipere·
m̄·clxiiii R [ii] m̄·lxxviiii L·cxliiii Qui dixit illis· Intuemini et cauete a fermento pha
riseorum· et sadduceorum·
At illi cogitabant inter se dicentes· quia panes non
m̄·clxv· [vi] m̄·lxxx· accepimus· Sciens autem ihs· dixit· Quid cogitatis
inter uos modice fidei· quia panes non habetis·

Nondum intellegitis neque recordamini quinque panũ
et quinque milia hominum · et quot cophinos sumpsistis ·
neque septem panum et quattuor milia hominum · et
quot sportas sumpsistis · Quare non intellegitis · quia
non depane dixi uobis · Cauete afermento pharisęorum
et sadduceorum · Tunc intellexerunt quia non dixit
cauendum afermento panum · sed adoctrina pharisaeorũ
et sadducaeorum ·

Mt · clxvi · Mc · lxxxii · Lc · xciiii · Io · lcciiii
Venit autem ih̄s in partes cesarię philippi · et interrogabat
discipulos suos dicens · Quem dicunt homines esse filiũ
hominis · At illi dixerunt · Alii iohannem baptistam ·
Alii autem heliam · alii uero hieremiam · aut unum ex
prophetis · Dicit illis ih̄s · Vos autem · quem me esse
dicitis · Respondens simon petrus · dixit · Tu es xp̄s
filius dī uiui ·

Mt · clxvii x Sol
Respondens autem ih̄s · dixit ei · Beatus es simon bar
iona · quia caro et sanguis non reuelauit tibi · sed pater
meus qui in celis est · Et ego dico tibi · quia tu es petrus ·
et sup̄ hanc petram ędificabo ecclām meam · et portae
inferi non preualebunt aduersus eam · Et tibi dabo

claues regni celorum· Et quodcumque ligaueris sup
terram· erit ligatum incelis· Et quodcumque solueris
super terram· erit solutum incelis·

Mt clxviii II Mc lxxiii Lc lxcvi
Tunc precepit discipulis suis· ut nemini dicerent· quia ipse
esset ihs xps· Exinde cepit ihs ostendere discipulis suis·
quia oporteret eum ire hierosolymam· et multa pati asen
oribus et scribis· et principibus sacerdotum· et occidi·
et tertia die resurgere·

Mt clxviiii VI Mc lxxxiiii
Et adsumens eum petrus· coepit increpare illum dicens·
Absit ate dne· non erit tibi hoc· Qui conuersus· dixit petro·
Uade post me satanas· Scandalum es mihi· quia non
sapis ea que di sunt· sed ea que hominum·

Mt clxx II Mc lxxxv Lc lxcvi
Tunc ihs dixit discipulis suis· Siquis uult post me uenire·
abneget semetipsum· et tollat crucem suam· et sequatur
me· Qui enim uoluerit animam suam saluam facere·
perdet eam· Qui autem perdiderit animam suam propter
me· inueniet eam· Quid enim prodest homini· si mundum
uniuersum lucretur· anime uero sue detrimentum pati
atur· Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua·

Mt clxxi X Sol
Filius enim hominis uenturus est in gloria patris sui· cum

angelis suis· et tunc reddet unicuique secundū opera eī·
mt·clxxii· ii mr·lxxxviii· l·xc viiii Amen dico uobis· sunt quidam de hic stantibus qui non
gustabunt mortem· donec uideant filium hominis·
uenientem in regno suo·

ET POST DIES SEX· ASSUMPSIT IHC

petrum et iacobum et iohannem fratrem eius· et ducit
illos in montem excelsum seorsum· et transfiguratus est
ante eos· Et resplenduit facies eius sicut sol· uestimenta
autem eius facta sunt alba sicut nix· Et ecce apparuit
illis moyses et helias· cum eo loquentes· Respondens
autem petrus· dixit ad ihm· Dne· bonum est nos hic
esse· si uis faciamus hic tria tabernacula· Tibi unum·
et moysi unum· et heliae unum· Adhuc eo loquente·
ecce nubes lucida obumbrauit eos· et ecce uox de nube
dicens· hic est filius meus dilectus· in quo mihi bene
cōplacui· ipsum audite· Et audientes discipuli· ceci
derunt in faciem suam· et timuerunt ualde· Et acces
sit ihs· et tetigit eos· dixitque eis· Surgite· et nolite
timere· Leuantes autem oculos suos· neminem uider̄·
nisi solum ihm· Et descendentibus illis de monte·

precepit ih̄s dicens· Nemini dixeritis uisionem· donec
filius hominis· a mortuis resurgat·

Mt·clxxii· VI Mr·lxxxviiii· Et interrogauerunt eum discipuli dicentes· Quid ergo
scribę dicunt· quod heliam oportet primum uenire·
At ille respondens· ait eis· Helias quidem uenturus
est· et restituet omnia· Dico autem uobis· quia helias
iam uenit· et non cognouerunt eum· sed fecerunt
in eo quecumque uoluerunt· Sic et filius hominis·
passurus est ab eis· Tunc intellexerunt discipuli·
quia de iohanne baptista dixisset eis·

Mt·clxxiiii· II Mr·xci· L·xcviiii· Et cum uenisset ad turbam· accessit ad eum homo
genibus prouolutus ante eum dicens· Dn̄e· mise
rere filio meo· quia lunaticus est et male patitur·
Nam sepe cadit in ignem· et crebro in aquam· et ob
tuli eum discipulis tuis· et non potuerunt curare
eum· Respondens ih̄s dixit· O generatio incredula
et p̄uersa· quousque ero uobiscum· usquequo patiar
uos· Adferte huc illum ad me· Et increpauit illū
ih̄s· Et exiit ab eo demoniū· et curat̄ est puer ex illa hora·

Mt·clxxv V L·cc· Tunc accesserunt discipuli ad ih̄m secreto· et dixerunt·

Quare nos non potuimus eicere illum. dicit eis. Propter incre
dulitatem uram. Amen quippe dico uobis. si habueritis
fidem sicut granum sinapis. dicetis monti huic transi hinc
et transibit. et nihil inpossibile erit uobis. Hoc autem
genus non eicitur. nisi per orationem et ieiunium.

ca. clxxvi. II ca. xciii. L. ci Conuersantibus autem eis in galilea. dixit illis ihs.
Filius hominis tradendus est in manus hominum. et oc
cident eum. et tertia die resurget. Et contristati
sunt uehementer.

ca. clxxvii. x sol Et cum uenissent capharnaum. accesserunt qui didragma
accipiebant ad petrum. et dixerunt ei. Magister ur non
soluit didragma. Ait. Etiam. Et cum intrasset in do
mum. preuenit eum ihs dicens. Quid tibi uidetur
simon. reges terre a quibus accipiunt tributum uel cen
sum. a filiis suis. an ab alienis. Et ille dixit. Ab alienis.
Dixit illi ihs. Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scan
dalizemus eos. uade ad mare. et mitte hamum. et
eum piscem qui primus ascenderit tolle. et aperto
VIII ore eius. inuenies staterem. Illum sumens. da eis pro me et te.

ca. clxxviii. ca. xcv. L. cii. IN ILLA HORA. ACCESSERUNT DISCIPULI

ad ihm dicentes· Quis putas maior est in regno celorū.
Et aduocans ihs paruulum. statuit eum in medio eorū
et dixit· Amen dico uobis· nisi conuersi fueritis· et effi
ciamini sicut paruuli· non intrabitis in regnū celorum·
Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste·
hic est maior in regno celorum· & qui susceperit unū
paruulum talem in nomine meo· me suscipit·
mt·clxxviiii· II mr·xcviiii· l·cxcviii Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me
credunt· expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo
eius· et dimergatur in profundum maris· Ve mundo
ab scandalis· Necesse est enim· ut ueniant scandala·
Uerumtamen· ue homini· per quem scandalū uenit·
mt·clxxx· VI mr·c· Si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te·
abscide eum· et proice abs te· Bonum tibi est ad uitā
ingredi debilem uel clodum· quam duas manus uel
duos pedes habentem· mitti in ignem aeternum·
Et si oculus tuus scandalizat te· erue eum et proice
abs te· bonum tibi est unum oculum habentē· in uitā
intrare· quam duos oculos habentem· mitti in gehennā ignis·
mt·clxxxi· X sol Videte· ne contempnatis unū ex his pusillis· Dico eni

uobis· quia angeli eorum in celis semp̄ uident faciem
patris mei· qui in celis est· Uenit enim filius hominis
saluare quod perierat·

ch· clxxxii· V· L· clxxxvii· Quid uobis uidetur· si fuerint alicui centum oues· et erra
uerit una ex eis· nonne relinquet nonaginta nouem in
montibus· et uadet querere eam que errauit· Et si con
tigerit ut inueniat eam· Amen dico uobis· quia gaudet
sup̄ eam magis quam supra nonaginta nouem· que non
errauerunt· Sic non est uoluntas ante patrem u̅r̅m̅ qui
in celis est· ut pereat unus de pusillis istis·

ch· clxxxiii· V· Si autem peccauerit in te frater tuus· uade et corripe
eum inter te et ipsum solum· Si te audierit· lucratus
eris fratrem tuum·

ch· clxxxiiii· X· SOL· Si autem non te audierit· adhibe tecum adhuc unū
uel duos· ut in ore duorum testium uel trium· stet ōne
uerbum· Quod si non audierit eos· dic eccl̄e· Si autē
eccl̄am non audierit· sit tibi sicut ethnicus et publican'

ch· clxxxv· VII· L· ccxv· Amen dico uobis· quecumque alligaueritis sup̄ terrā
erunt ligata et in celo· Et quecumque solueritis sup̄
terram· erunt soluta et in celo·

39

In. clxxxvi. Iterum dico uobis · quia si duo ex uobis consenserint sup
Sol terram de omni rē quamcumque petierint · fiet eis a patre
meo qui in celis est · Ubi enim sunt duo uel tres congre
gati in nomine meo · ibi sum in medio eorum ·

In. clxxxvii. Tunc accedens petrus ad eum · dixit · D̄ne · quotiens pec
L. cxcviiii. cabit in me frater meus · et dimittam ei usque septies ·
Dicit illi ih̄s · Non dico tibi usque septies · sed usque
septuagies septies · XVIIII ·

In. clxxxviii. IDEO ADSIMILATUM EST
Sol regnum celorum homini regi · qui uoluit rationē po
nere cum seruis suis · Et cum cepisset rationē ponere ·
oblatus est ei unus · qui debebat decē milia talenta ·
Cum autem non haberet unde redderet · iussit eum
d̄ns uenundari · et uxorem et filios · et omnia quę habe
bat et reddi · Procidens autem seruus ille · orabat eū
dicens · Patientiam habe in me · et omnia reddam tibi ·
Misertus autem d̄ns serui illius · dimisit eū et debitū
dimisit ei · Egressus autē seruus ille · inuenit unū
de conseruis suis · qui debebat ei centum denarios · Et
tenens suffocabat eum dicens · Redde quod debes ·

Et procidens conseruus eius· rogabat eum dicens· Pati
entiam habe· et omnia reddam tibi· Ille autem noluit·
sed abiit et misit eum in carcerem· donec redderet debi
tum· Uidentes autem conserui eius que fiebant· contrista
ti sunt ualde· Et uenerunt· et narrauerunt domino
suo· omnia que facta fuerant· Tunc uocauit illum do
minus suus· et ait illi· Serue nequā· omne debitum dimisi
tibi· quo rogasti me· Non ergo oportuit et te misereri
conserui tui· sicut et ego tui misertus sum· Et iratus do
minus eius· tradidit eum tortoribus· quoadusque red
deret uniuersum debitum· Sic et pater meus celestis
faciet uobis· si non remiseritis unusquisque fratri suo·
de cordibus ur̄is·

cā· clxxxviiii· SOL.

Et factum est cum consummasset ih̄s sermones istos·
migrauit a galilea· et uenit in fines iudee trans iordanē·
et secute sunt turbe multe et curauit eos ibi· Et accesse
runt ad eum pharisei· temptantes eum et dicentes·
Si licet homini dimittere uxorem suam· quacumque
ex causa· Qui respondens· ait eis· Non legistis· quia
qui fecit ab initio masculum et feminam fecit eos·

& dixit. Propter dimittet homo patrem et matrem: et
adherebit uxori suę. et erunt duo in carne una. Itaque.
iam non sunt duo sed una caro. Quod ergo ds coniunxit.
homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo moyses
mandauit dari libellum repudii. et dimittere. Ait
illis. Quo moyses ad duritiam cordis uri. pmisit uob
dimittere uxores uras. ab initio autem non fuit sic.

Ih. cxc · II · Mr. cu · L. cxcv: Dico autem uob. quia quicumque dimiserit uxorē
suam. nisi ob fornicationem. et aliam duxerit. mechatur.
Et qui dimissam duxerit. mechatur.

Ih. cxci · X · Sol Dicunt ei discipuli ei. Si ita est causa homini cū uxore.
non expedit nubere. Qui dixit. Non omnes capiunt
uerbum istud. sed quibus datum est. Sunt enim eu
nuchi. qui de matris utero sic nati sunt. et sunt eunu
chi. qui facti sunt ab hominibus. Et sunt eunuchi.
qui se ipsos eunuchizauerunt. propter regnum cę
lorum. Qui potest capere. capiat.

Ih. cxcii · II · Mr. cii · L. ccxvi. Tunc oblati sunt ei paruuli. ut manus eis imponeret
et oraret. Discipuli autem. increpabant eos. Ihc uero.
ait eis. Sinite paruulos. et nolite eos prohibere.

ad me uenire. Talium est enim regnu celorum.
Et cum imposuisset eis manus. abiit inde.

ca. cxciii.
ca. cvii.
L. cxxi
I ccxviii.

Et ecce unus accedens. ait illi. Magister bone. quid boni
faciam. ut habeam uitam eternam. Qui dixit ei.
Quid me interrogas de bono. Unus est bonus ds.
Si autem uis ad uitam ingredi. mandata serua. Dicit
illi. Que. Ihs autem. dixit. Non homicidium fa
cies. non adulterabis. non facies furtum. non falsum
testimonium dices. honora patrem tuum et matre.
Et diliges proximum tuum. sicut te ipsum. Dicit
illi adolescens. Omnia hec custodiui. Quid adhuc

ca. cxciiii.
ca. cviii
L. ccxviiii
I clii

mihi deest. Ait illi ihs. Si uis pfectus esse. uade.
uende que habes. et da pauperibus. et habebis thes
aurum in celo. et ueni sequere me.

ca. cxcv.
ca. cviiii
L. ccxx

Cum audisset autem adolescens uerbum. abiit
tristis. Erat enim. habens multas possessiones.
Ihs autem. dixit discipulis suis. Amen dico uobis.
quia diues difficile intrabit in regnum celorum.
Et iterum dico uob. Facilius est camelum p fora
men acus transire. qua diuite intrare in regnu celoru.

Auditis autem his discipuli mirabantur ualde di
centes · Quis ergo poterit saluus esse · Aspiciens autē
ihc · dixit eis · Apud homines hoc inpossibile est ·
Apud dm̄ autem · omnia possibilia sunt ·
TUNC RESPONDENS PETRUS · DIXIT;
Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te · quid
m̄ · cxcvi sol ergo erit nobis · Ihc autem dixit eis; Amen dico uob ·
quod uos qui secuti estis me · in regeneratione cum
m̄ cxcvii L · cclxxii sederit filius hominis in sede maiestatis suę · sedebitis
et uos sup sedes duodecim · iudicantes duodecim
m̄ · cxcviii L ccxxi tribus isrl · Et omnis qui reliquid domum · uel fra
tres aut sorores · aut patrem aut matrem · aut uxorē ·
aut filios · aut agros propter nomen meum · centu
plum accipiet · et uitam eternā possidebit ·
m̄ · cxcviiii mr̄ · cxi L · clxxiii Multi enī erū primi nouissimi · et nouissimi primi ·
m̄ · cc sol SIMILE EST REGNUM CELORUM
homini patrifamilias · qui exiit primo mane · con
ducere operarios in uineam suam · Conuentione
autem facta cum operariis ex denario diurno · misit
eos in uineam suam · Et egressus circa horam tertiā ·

uidit alios stantes in foro ociosos · et illis dixit · Ite &
uos in uineā · et quod iustum fuerit dabo uob · Illi autē
abierunt · Iterum autem exiit circa sextam et nonam
horam · et fecit similiter · Circa undecimam uero exiit ·
et inuenit alios stantes · et dicit illis · Quid hic statis
tota die ociosi · Dicunt ei · quia nemo nos conduxit ·
Dicit illis · Ite et uos in uineam · Cum sero autem factū
esset · dicit dominus uineę procuratori suo · Uoca ope
rarios · et redde illis mercedem · Incipiens a nouissimis ·
usq; ad primos · Cum uenissent ergo · qui circa undeci
mam horam uenerant · acceperunt singulos denarios ·
Uenientes autem et primi · arbitrati sunt · quod plus
essent accepturi · Acceperunt autem et ipsi singulos
denarios · Et accipientes · murmurabant aduersus pa
trem familias dicentes · hi nouissimi una hora fecerunt ·
et pares illos nob fecisti · qui portauimus pondus diei
et ęstus · At ille respondens · uni eorum dixit · Amice ·
non facio tibi iniuriam · Nonne ex denario conuenisti
mecum · tolle quod tuum est et uade · Volo autem
et huic nouissimō dare · sicut et tibi · Aut non licet

mihi quod uolo facere· An oculus tuus nequam est· quia
ego bonus sum· Sic erunt nouissimi primi· et primi
nouissimi· Multi enim sunt uocati· pauci uero electi·

mt·cci· II mr·cxii· ET ASCENDENS IHC HIEROSOLIMAM.
L·ccxxii· assumpsit duodecim discipulos secreto· et ait illis·
Ecce ascendimus hyerosolymam· et filius hominis tra
detur principibus sacerdotum et scribis· et condempna
bunt eum morte· Et tradent eum gentibus ad deluden
dum· et flagellandum· et crucifiendum· Et tertia die resurget·

mt·ccii· VI mr·cxiii· TUNC ACCESSIT AD EUM MATER FILIORUM ZEBEDEI
cum filiis suis· adorans· et petens aliquid ab eo· Qui dixit ei·
Quid uis· Ait illi· Dic ut sedeant hi duo filii mei· unus
ad dexteram tuam· et unus ad sinistram in regno tuo·
Respondens autem ihs· ait illis· Nescitis quid petatis·
Potestis bibere calicem· quem ego bibiturus sum· Dicunt
ei· possumus· Ait illis· Calicem quidem meum bibetis·
sedere autem ad dexteram meam uel sinistram· non est
meum dare uobis· sed quibus paratum est a patre meo·

mt·cciii II mr·cxiiii· Et audientes decem· indignati sunt de duobus fratribus·
L·cclxx Ihc autem uocauit eos ad se· et ait· Scitis quia principes

gentium dominantur eorum · et quę maiores sunt · potes
tatem exercent in eos · Non ita erit inter uos · Sed qui cumq;
uoluerit inter uos maior fieri · sit ur̄ minister · Et quicumq;
mt. ccIIII mr. III cxv. lc. xcI Io. cxxxvI uoluerit inter uos primus esse · erit ur̄ seruus · Sicut filius
hominis non uenit ministrari · sed ministrare · Et dare ani
mam suam redemptionem pro multis ·

mt. ccv mr. II cxvI lc. ccxxIIII ET EGREDIENTIBUS EIS AB HIERICHO

secutę sunt eum multę · Et ecce duo cęci sedentes secus uiā
audierunt quia ih̄c transiret · et clamauerunt dicentes · Dn̄e ·
miserere nr̄i fili dauid · Turba autem increpabat eum ut
tacerent · At illi magis clamabant dicentes · Dn̄e · miserere
nr̄i fili dauid · Et stetit ih̄c et uocauit eos · et ait · Quid uultis
ut faciam uobis · Dicunt ei · Dn̄e · ut aperiantur oculi nr̄i ·
Misertus autem eorū ih̄c · tetigit oculos eorum · et confestim
uiderunt · et secuti sunt eum · XXI

mt. ccvI mr. II cxvII lc. ccxxxII ET CUM APPROPINQUASSENT HIEROSOLIMIS

et uenissent bethfage ad montem oliueti · tunc ih̄c misit
duos discipulos · dicens eis · Ite in castellum quod contra
uos est · et statim inuenietis asinam alligatam · et pullū
cum ea · Soluite · et adducite mihi · Et si quis uobis ali

quid dixerit. dicite. quia dn͞s his opus habet. et confestim
m. ccvii VIII L. ci dimittet eos. Hoc autem totum factum est. ut adimple
retur quod dictum est p̄ prophetam dicentem. Dicite
filie syon. ecce rex tuus uenit tibi mansuetus. et sedens
m. ccviii II L. ccxxxiii sup̄ asinam. et pullum filium subiugalis. Euntes autē
discipuli. fecerunt sicut precepit eis ih͞c. Et adduxerunt
pullum et asinam. et imposuerunt sup̄ eos uestimenta sua.
et eum desup̄ sedere fecerunt. Plurima autem turba. stra
uerunt uestimenta sua in uia. Alii autem cedebant ramos
m. ccviiii X Sol. de arboribus. et sternebant in uia. Turbe autem que p̄
cedebant et que sequebantur. clamabant dicentes. Osanna
filio dauid. benedictus qui uenit in nomine dn͞i. Osanna in altissimis.
m. ccx X Sol. Et cum intrasset hierosolimam. commota ē
uniuersa ciuitas dicens. Quis est hic. Populi autem dice
bant. Hic est ih͞c propheta a nazareth galileae.
m. ccxi V m. lxxi Et intrauit ih͞c in templum di͞. et eiciebat omnes uendentes
et ementes in templo. et mensas nummulariorum. et ca
thedras uendentium columbas euertit. Et dixit eis. Scrip
tum est. quia domus mea. domus orationis uocabitur.
m. ccxii X Sol. Uos autem. fecistis illam speluncam latronum. Et

accesserunt ad eum ceci et claudi in templo · et sanauit eos ·
T m·ccxiii V Lc·ccxxxv Videntes autem principes sacerdotum et scribe mirabilia que fecit ·
et pueros clamantes in templo et dicentes · osanna filio dauid ·
indignati sunt et dixerunt ei · Audis quid isti dicunt ·
Ihc autem · dicit eis · Utique · Numquam legistis · quia
T m·ccxiiii R VI m·cxx · ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem · Et relic
tis illis · abiit foras extra ciuitatem in bethaniam · ibique mansit ·
**Mane autem reuertentes in ciuitatem · esuriit ·**
Et uidens fici arborem unam secus uiam · uenit ad eam ·
et nihil inuenit in ea · nisi folia tantum · Et ait illi · Numquam
ex te fructus nascatur in sempiternum · Et arefacta est con
tinuo ficulnea · Et uidentes discipuli · mirati sunt dicentes ·
T m·ccxv R V m·cxxiiii Quomodo continuo aruit · Respondens autem ihc · ait
eis · Amen dico uobis · si habueritis fidem · et non hesita
ueritis · non solum de ficulnea facietis · sed et si monti huic
dixeritis · tolle · et iacta te in mare fiet ·
T m·ccxvi X Sot Et omnia quecumque petieritis in oratione credentes · accipietis ·
T m·ccxvii R II m·cxxiii Lc·ccxl **Et cum uenisset in templum · accesserunt ad eum docentem**
principes sacerdotum et seniores populi dicentes · In qua
potestate hec facis · et quis tibi dedit hanc potestatem ·

Respondens ih͞c· dixit eis· Interrogabo uos et ego unū
sermonem· quem si dixeritis mihi· et ego uobis dicam· in
qua potestate hęc facio· baptismum iohannis unde erat·
e celo· an ex hominibus· At illi cogitabant inter se dicen
tes· Si dixerimus e celo· dicet nobis· Quare ergo non credidistis
illi· Si autem dixerimus ex hominibus· timemus turbā·
Omnes enim habebant iohannem sicut prophetam· Et
Respondentes ih͞u dixerunt· Nescimus· Ait illis et ipse·
Nec ego uobis dico· in qua potestate hęc facio·

Ōn· ccxviii x Sot

Quid autem uobis uidetur·

homo quidam habuit duos filios· et accedens ad primū
dixit· Fili· uade hodie operari in uinea mea· Ille autem
respondens· ait· Nolo· Postea autem penitentia motus·
abiit· Accedens autem ad alterum· dixit similiter· At
ille respondens· ait· Eo dn͞e· et non iuit· Quis ex duob;
fecit uoluntatem patris· Dicunt ei· Primus· Dicit illis
ih͞c· Amen dico uobis· quia publicani et meretrices· pr̄
cedunt uos in regnum dī· Uenit enim ad uos iohannes
in uia iustitię· et non credidistis ei· Publicani autem
et meretrices· crediderunt ei· Uos autē uidentes· neo

penitentiam habuistis postea: ut crederetis ei·

mt·ccxviiii p ii· mr·xxviiii Alliam parabolam audite·

lc·ccxli Homo erat paterfamilias· qui plantauit uineam· et sepem
circumdedit ei· et fodit in ea torcular· et edificauit turrim·
et locauit eam agricolis· et peregre profectus est· Cum
autem tempus fructuum appropinquasset· misit seruos
suos ad agricolas· ut acciperent fructus eius· Et agricole
apprehensis seruis: [eius] alium ceciderunt· alium occiderunt·
alium uero lapidauerunt· Iterum misit alios seruos· plu
res prioribus· et fecerunt illis similiter· Nouissime aut[em]
misit ad eos filium suum dicens· Verebuntur filium meu[m]·
Agricole autem uidentes filium· dixerunt intra se· hic est
heres· uenite occidamus eum· et habebimus hereditate[m] eius·
Et adprehensum eum· eiecerunt extra uineam· et occider[unt]·
Cum ergo uenerit dominus uinee· quid faciet agricolis
illis· Aiunt illi· Malos male p[er]det· et uineam [suam] locabit
aliis agricolis· qui reddant ei fructum temporibus suis·
Dicit illis ih[esu]c· Numquam legistis in scripturis· lapidem
quem reprobauerunt edificantes· hic factus est in caput
anguli· a d[omi]no factum est istud· et est mirabile in oculis

nris. Ideo dico uobis. quia auferetur a uobis regnu di.
et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit
sup lapidem istum. confringetur. Sup quem uero ceci
ōn. ccxx ōn. cxxiiii lc. ccxlii. l. lxxxiiii derit. conteret eum. Et cum audissent principes sacer
dotum et pharisei parabolas eius. cognouerunt quod
de ipsis diceret. Et querentes eum tenere. timuerunt
turbas. Quo sicut prophetam. eum habebant.
ōn. ccxxi II lc. clxxxi Et respondens ihc. dixit iteru in parabolis eis dicens.
Simile factum est regnum celorum
homini regi. qui fecit nuptias filio suo. Et misit ser
uos suos. uocare inuitatos ad nuptias. et nolebant uenire.
Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis. ecce
prandium meum paraui. Tauri mei et altilia occisa
et omnia parata. uenite ad nuptias. Illi aute neglexer.
et abierunt. alius in uillam suam. alius uero ad negoti
ationem suam. Reliqui uero tenuerunt seruos eius.
et contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cu
audisset. iratus est. Et missis exercitibus suis. pdidit
homicidas illas. et ciuitatem illorum succendit. Tunc
ait seruis suis. Nuptie quidem parate sunt. sed qui

inuitati erant · non fuerunt digni · Ite ergo ad exitus ui-
arum · et quoscumque inueneritis uocate ad nuptias ·
Et egressi serui eius in uias · congregauerunt omnes quos
inuenerunt malos et bonos · et implete sunt nuptie discu
m · ccxxii x Sol bentium · Intrauit autem rex · ut uideret discumbentes
Et uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali · et
ait illi · Amice · quomodo huc intrasti · non habens uestē
nuptialem · At ille obmutuit · Tunc dixit rex minis
tris · Ligatis pedibus eius et manibus · mittite eum in
tenebras exteriores · ibi erit fletus et stridor dentium ·
Multi autem sunt uocati · pauci uero electi · XXIII ·
m · ccxxiii R II m · cxxx L · ccxliii Tunc abeuntes pharisiei consilium inierunt
ut caperent ihm in sermone · Et mittunt ei discipu
los suos · cum herodianis dicentes · Magister · scimus
quia uerax es · et uiam dī in ueritate doces · et non est tibi
cura de aliquo · Non enim respicis psonam hominum ·
Dic ergo nob · quid tibi uidetur · licet censum dare cesari ·
an non · Cognita autem ihc nequitia eorum · ait ·
Quid me temptatis hypocrite · Ostendite mihi nomis
ma census · At illi · obtulerunt ei denariū · Et ait illis

ihc · Cuius est imago hec · et sup scriptio· dicunt ei · cesaris ·
Tunc ait illis · Reddite ergo que sunt cesaris cesari ·
et que sunt di do · Et audientes mirati sunt · et relicto eo · abier ·
In illo die accesserunt ad eum sadducaei ·
qui dicunt non esse resurrectionem · et interrogauerunt
eum dicentes · Magister · moyses dixit · Si quis mortuus
fuerit non habens filium · ut ducat frater eius uxorem
uxorem illius · et suscitet semen fratri suo · Erant autem
apud nos septem fratres · Et primus uxore ducta defunct
est · Et non habens semen · reliquid uxorem suam fratri suo ·
Similiter secundus et tertius · usque ad septimum · Nouis
sime autem omnium · et mulier defuncta est · In resur
Et abierunt discipuli eius. et uenerunt in ciuitatem. et inuenerunt
sicut dixerat illis. et parauerunt pasca.
mt. clxi IIII mr. cclxxviiii lc. cxxi io. lxxii
Uespere autem facto. uenit cum duodecim. Et discum
bentibus eis et manducantibus. ait ihs. Amen dico
uobis. quia unus ex uobis tradet me. qui manducat mecum.

mt. clxii I mr. cclxxx lc. clxviiii io. cxxii At illi ceperunt contristari. et dicere ei singulatim.
mt. clxiii II mr. cclxxxi lc. cclxviii Numquid ego. Qui ait illis. Unus ex duodecim. qui
intinguit mecum in catino. Et filius quidem hominis
mt. clxiiii VI mr. cclxxxii uadit. sicut scriptum est de eo. Ue autem homini illi.
p̱ quem filius hominis tradetur.
Bonum erat ei. si natus non fuisset homo ille.
mt. clxv I mr. clxxxiii lc. cclxvi io. lxv Et manducantibus illis. accepit ihs panem. et benedi
cens fregit. et dedit eis et ait. Sumite. hoc est corp' meū.
mt. clxvi I mr. cclxxxv lc. cclxv Et accepto calice. gratias agens dedit eis. et biberunt
ex illo omnes. Et ait illis. hic est sanguis meus noui
testamenti. qui p̱ multis effundetur. Amen dico uob.
quod iam non bibam de genimine uitis. usq; in diem illū
mt. clxvii VI mr. cclxxxvi cum illud bibam uobiscū nouum in regno dī. Et hymno dicto.
mt. clxviii IIII mr. cclxxxvii io. clii exier̄ in montem oliuarum. Et ait illis ihs. Omš scan
mt. clxviiii VI mr. cclxxxiiii dalizabimini in nocte ista. Quia scriptū est. Percutiā
pastorem. et dispergentur oues. Sed postea cū surrexero.
mt. clxx I mr. cclxxxviii lc. cclxxv io. cxxv precedam uos in galileam. Petrus autem. ait ei.
Et si omnes scandalizati fuerint. sed non ego.
Et ait illi ihs. Amen dico tibi. quia tu hodie in nocte
hac. prius quā bis gallus uocem dederit. ter me es negatur'.

mt·clxxi mr·ccxc At ille amplius loquebatur · Et si oportuerit me simul
commori tibi · non te negabo · Similiter autem et omnes dicebant ·
mt·clxxii mr·ccxci lc·cclxxviiii io·clx Et ueniunt in praedium · cui nomen gethsemani ·
mt·clxxiii mr·ccxcii Et ait discipulis suis · Sedete hic · donec orem ·
Et assumit petrum et iohannem et iacobum secum · et coepit
mt·clxxiiii mr·ccxciii lc·clxx pauere et tedere · Et ait illis · Tristis est anima mea ·
usque ad mortem · Sustinete hic · et uigilate ·
mt·clxxv mr·ccxciii lc·cclxxxi io·clxi Et cum processisset paululum · procidit super terram et
orabat · ut si fieri posset · transiret ab eo hora ·
Et dixit · Abba pater · omnia tibi possibilia sunt ·
transfer calicem hunc a me ·
mt·clxxvi mr·ccxcv lc·cclxxxii io·lxiii et xlii Sed non quod ego uolo · sed quod tu · Et uenit · et inuenit eos
dormientes · et ait petro · Symon dormis · non potuisti
una hora uigilare ·
mt·clxxvii mr·ccxcvi lc·cclxxx et cclxxxiii Vigilate et orate · ut non intretis intretis in temptationem ·
mt·clxxviii mr·ccxcvii io·lxx · Spiritus quidem promptus · caro autem infirma ·
mt·clxxviiii mr·ccxcviii Et iterum abiens · orauit eundem sermonem dicens ·
Et reuersus denuo · inuenit eos dormientes · Erant ·
enim oculi eorum grauati · et ignorabant quid responderent ei ·
mt·clxxx mr·ccxcviiii io·ciii Et uenit tertio · et ait illis · Dormite iam · et requiescite ·

Sufficit· uenit hora· ecce tradetur filius hominis· in
manus peccatorum· Surgite· eamus· Ecce qui me tradet· ꝓpe ē·
mr· clxxxi mt· I ccc lc· cclxxxv io· clviii Et adhuc eo loquente· uenit iudas scarioth· unus
ex duodecim· et cum eo turba multa· cū gladiis et lignis·
a summis sacerdotib· et ͣ scribis· et a senioribus·
mr· clxxxii mt· II ccci lc· cclxxxvii Dederat autē traditor eī signū eis· dicens· Quemcūq·
osculatus fuero· ipse est· tenete eū· et ducite caute·
Et cum uenisset· statim accedens ad eum· ait· Rabbi·
et osculatus est eum· At illi manꝰ iniecerͭ in eū· et tenuerͭ eū·
mr· clxxxiii mt· I cccii lc· cclxxxviii io· clx Unus autē quidā decircū stantib· educens gladium·
ꝑcussit seruū summi sacerdotis· et amputauī illi auriculā·
mr· clxxxiiii mt· II ccciiii lc· cclxxxviiii Et respondens ihs· ait illis· Tamquā ad latronem
existis cum gladiis et lignis cō prehendere me· Cotidie
eram apud uos in templo docens· et non me tenuistis·
Sed ut adimpleantur scripture·
mr· clxxxv mt· II cccv Tunc discipuli eius relinquentes eum· omnes fugerunt·
mr· clxxxvi X sol Adolescens autem quidam sequebatur eum· amictus sindone
suꝑ nudo· et tenuerunt eum· At ille reiacta sindone·
nudus ꝓ^fu^git ab eis·
mr· clxxxvii mt· I ccc vi lc· cccxc io· cxlii Et adduxerͭ ihm ad sūmū sacerdotem· et conuenerunt

omnes sacerdotes et scribe · et seniores ·
MT. clxxxviii IIII MR. cccvii LC. cxliiii Petrus autem a longe secutus est eum · usq; intro in atriū
Et sedebat cum ministris · et calefaciebat se ad ignem ·
MT. clxxxviiii II MR. ccc.iiii LC. xxxv Summi uero sacerdotes et omne conciliū · querebant
aduersus ihm testimonium · ut eum morti traderent ·
nec inueniebant · multi enim testimoniū falsū dicebant
aduersus eum · et conuenientia testimonia non erant ·
MT. cxc MR. ccc.iiii Et quidam surgentes · falsum testimoniū ferebant
aduersus eum dicentes · Quoniam nos audiuimus eū dicentē ·
Ego dissoluam templū hoc manufactū · et p triduū ·
aliud non manufactū edificabo · Et non erat cueniens
testimonium eorum · Et exurgens sūmus sacerdos XII
in medium · interrogauit ihm dicens · Non respon
des quicquam ad ea · que tibi obiciuntur ab his ·
Ille autem tacebat · et nihil respondit ·
Rursum sūmus sacerdos interrogabat eum · et dix ei ·
Tu es xpc filius benedicti ·
MT. cxci I MR. cccx Ihs autem · dixit illi · Ego sum · Et uidebitis filium
LC. ccxcv.ii IO. xcv.iiii hominis a dextris sedentem uirtutis · et uenientē cū nubib; celi ·
MT. cxcii VI MR. dcccxi Sūmus autē sacerdos · scindens uestimenta sua · ait ·

mt· cxcIII mr· III cccxII lc· ccxcvIIII Quid ad huc desideramus testes· Audistis blasphemiã
Quid uobis uidetur· Qui omnes condemnauer̃ eum
mt· cxcIIII mr· II cccxIII lc· ccxcIIII Io· clxxII eẽ reum mortis· Et ceperunt quidã conspuere eum·
et uelare faciem eius· et colaphis eum cedere· et dicere ei·
Prophetiza· Et ministri alapis eum cedebant·
mt· cxcu mr· I cccxIIII lc· ccxcI Io· clxvIIII Io· clxxII Et cum esset petrus in atrio deorsum· uenit una ex
ancillis summi sacerdotis· Et cum uidisset petrum
calefacientem se· aspiciens illum ait· Et tu cum ihũ
nazareno eras· At ille· negauit dicens· neq; Nescio· neq;
mt· cxcvI mr· I cccxv lc· cccxcII Io· clxxvI noui quid dicas· Et exiit foras ante atrium· & gallus
cantauit· Rursus autẽ cum uidisset illum ancilla·
cepit dicere circum stantibus· quia hic ex illis est·
At ille· iterum negauit· Et post pusillum· rursus
qui adstabant· dicebant petro· Vere· ex illis es·
Nam et galileus es· Ille autẽ cepit anathematizare
et iurare· quia nescio hominem istum quem dicitis·
Et statim iterum gallus cantauit·
mt· cxcvII mr· II cccxvI lc· ccxcIII Et recordatus est petrus uerbi quod dixerat ei ihs·
prius quam gallus cantet bis· ter me negabis·
mt· cxcvIII mr· II cccxvII lc· ccxcv Et cepit flere· Et confestim mane consilium

facientes sumi sacerdotes cum senioribꝰ et scribis· et
uniuerso concilio·
mt. cxcuiiii / I / mr. ccxxuiiii / lc. ccc / io. clxxxu — Vincientes ihm duxerunt· et tradiderunt pilato·
mt. cc / I / mr. cccxx / lc. cccii / io. clxxxii — Et interrogauit eum pilatus· Tu es rex iudeorum·
At ille respondens· ait illi· Tu dicis·
mt. cci / IIII / mr. cccxxi / io. clxxx / ] cxcii — Et accusabant eum summi sacerdotes in multis· Pilatus
autem· rursum interrogauit eum dicens· Non respondes
quicquam· uides in quantis te accusant· Ihs autem amplius
nihil respondit· ita ut miraretur pilatus·
mt. ccii / II / mr. cccxxii / lc. cccuiiii — Per diem autem festum· dimittere solebat illis unum
ex uinctis· quemcumque petissent·
mt. cciii / IIII / mr. cccxxiii / io. clxxxiii — Erat autem qui dicebatur barabbas· qui cum seditiosis erat
uinctus· qui in seditione fecerat homicidium· Et cum ascen
disset turba cepit rogare· sicut semper faciebat illis·
Pilatus autem· respondit eis et dixit· Vultis dimittam
uobis regem iudeorum· Sciebat enim· quod per inuidiam tra
didissent eum summi sacerdotes·
mt. cciiii / I / mr. cccxxu / lc. cccx / io. clxxx — Pontifices autem concitauerunt turbam· ut magis barab
ban dimitteret eis·
mt. ccu / I / mr. cccxxui / lc. cccxi / io. clxxxuiii / ] cxciiii — Pilatus autem iterum respondens· ait illis· Quid ergo uultis

faciā regi iudeorum· At illi· iterum clamauer̄· Crucifige eū·
Pilatus uero· dicebat eis· Quid enī mali fecit· At illi·
magis clamabant· Crucifige eum·
mr. ccxi mt. cccxxxiii lc. cccxiiii io. cxcui Pilatus autem uolens populo satis facere· dimisit illis ba
rabban· et tradidit ih̄m flagellis cesū· ut crucifigeretur·
mr. ccxii mt. cccxxxiiii io. clxxxu io. clxxxuii Milites autem duxer̄ eum intro inatrium pretorii· et
conuocant totam cohortem· Et induunt eū purpura
et inponunt ei plectentē spineā coronā· Et ceperunt
salutare eum· haue· rex iudeorum· Et p̄cutiebant caput
eius harundine· et conspuebant eum· et ponentes genua
adorabant eum·
mr. ccxiii mt. cccxxx Et postquam illuserunt ei· exuer̄ illum purpura et
induer̄ illum uestimentis suis· et educunt illū ut crucifigerent eū·
mr. ccxiiii mt. cccxxxi lc. cccxu io. cxcuii Et angariauer̄ pretereuntem quēpiā simonē cireneū·
uenientem deuilla· patrem alexandri et rufi· ut tolleret crucē ei·
mr. ccx mt. cccxxxii lc. cccxuiii io. cxcuii Et p̄ducunt illum ingolgotha locum· qđ ē int̄p̄tatū caluarię loc̄·
mr. ccxi mt. cccxxxiii io. cciii Et dabant ei bibere uinum myrratum· et non accepit·
mr. ccxii mt. cccxxxiiii lc. cccxxi io. ccl Et crucifigentes eum· diuiserunt uestimenta eius·
mittentes sortem sup̄ eis· quisquid tolleret·
mr. ccxiii Sol Erat autem hora tercia· et crucifixerunt eum·

mt. ccxiiii / mr. cccxxxv / lc. cccxx iiii / io. cxcviiii
Et erat titulus cause eius inscriptus· rex iudeorum

mr. ccxv / mt. cccxxxvi / lc. cccxviii / io. cxcviii
Et cum eo crucifigunt duo latrones· unū a dextris & aliū a sinistris eis·

mr. ccxvii / VIIII / lc. cclxxvii
Et adimpleta est scriptura que dixit· & cū iniquis reputat(us) ē·

mr. ccxvii / VI / mt. cccxxxvii
Et pretereuntes blasphemabant eum· mouentes
capita sua et dicentes· Vuah· qui destruit tēplū· et in trib·
dieb· edificat· saluū fac temetipsum· descendens de cruce·

mt. ccxviii / II / mt. cccxxxviii / lc. ccxxii
Similiter et summi sacerdotes ludentes ad alterutrum
cum scribis· dicebant· Alios saluos fec(it)· seipsū n̄ potest saluū facere·
Xp̄c rex isrł descendat nunc de cruce· ut uideam(us) et credam(us)·

mt. ccxviiii / II / mt. cccxxxviiii / lc. cccxxv
Et qui cum eo crucifixi erant· conuiciabantur ei·

mt. ccxx / V / mt. cccxl / lc. cccxxvii
Et facto hora sexta· tenebre facte sunt p(er) totam terrā·
usq· in horam nonam·

mt. ccxxi / VI / mt. cccxli
Et hora nona· exclamauit ih̄s uoce magna dicens·
HELOI· HELOI· lama sabthani· qđ est interpretatū·
Ds meus· ds meus· ut quid dereliquisti me· et quidā
de circumstantib· audientes· dicebant· Ecce· heliā uocat·

mt. ccxxii / I / mt. cccxlii / lc. cccxxiii
Currens autem unus· et implens spongiam aceto·
circumponensq· calamo· potum dabat ei dicens·
Sinite· uideam(us) si ueniat helias· ad deponendum eum·

mt. ccxxiii / I / mt. cccxliii / lc. cccxxviiii / io. ccliii
Ih̄s autem emissa uoce magna· exspirauit·

mt. ccxxiiii mr. cccxliiii lc. cccxxiiii Et uelum templi· scissum est in duo· a sursū usq· deorsū·
mt. ccxxu mr. cccxlui lc. cccxxx Videns autem centurio· qui ex aduerso stabat· quia sic
clamans expirasset· ait· Vere· hic homo· filius di erat·
mt. ccxxui mr. cccxlui Erant autem ibi et mulieres· de longe aspicientes· inter
quas erat maria magdalena· et maria iacobi minoris·
et iosep mater· et solome· Et cum esset in galilea seque
bantur eum· et ministrabant ei· Et alię multę· quę simul
cum eo ascenderant hierosolymā·
mt. ccxxuii mr. cccxluiii lc. cccxxxii io. ccui Et cum iam sero esset factum· quia erat parasceue
quod est ante sabbatum· uenit ioseph ab arimathia
nobilis decurio· qui et ipse erat expectans regnum di·
Et audacter introiit ad pilatum· et petiit corp' ihu·
Pilatus autem· mirabatur si iā obisset· et accersito cen
turione· interrogauit eum si iam mortuus eēt·
Et cum cognouisset a centurione· donauit corp' ioseph·
Ioseph autem mercatus sindonem· et deponens eum·
mt. ccxxuiii mr. cccxluiiii lc. cccxxxiii io. ccuiii inuoluit sindone· Et posuit eum in monumento· quod erat
excisum de petra· Et aduoluit lapidē ad ostiū monumti·
mt. ccxxuiiii mr. cccl Maria autem magdalena· et maria ioseph· aspi
ciebant· ubi poneretur·

mt. ccxxx. VIIII lc. cccxxxvi ET CUM TRANSISSET SABBATUM. MARIA

MAGDALENA ET MARIA IACOBI. ET SALOME.

emerunt aromata: ut uenientes unguerent ihm.

mt. ccxxxi mr. cccLii. lc. cccxxxvi i. ccviiii Et ualde mane una sabbatorum. ueniunt ad monu

mentum. orto iam sole. Et dicebant ad inuicem.

Quis reuoluit nob lapidem. ab ostio monumenti?

Et respicientes. uider reuolutum lapidem.

Erat quippe magnus ualde. Et introeuntes in mo

numentum. uiderunt iuuenem sedentem in dextris.

mt. ccxxxii mr. cccLiii lc. cccxxxvii coopertum stola candida. et obstupuer. Qui dix illis.

Nolite expauescere. Ihm quaeritis nazarenu. crucifixu.

surrexit. non est hic. Ecce locus. ubi posuerunt eu.

Sed ite dicite discipulis eius. et petro. quia pcedit

uos in galileam. Ibi eum uidebitis. sicut dixit uobis.

mt. ccxxxiii mr. cccLiiii lc. cccxxxviiii At illae exeuntes. fugerunt de monumento. Inuaserat

enim eas tremor et pauor. et nemini quicqua dixer.

Timebant enim. Surgens autem mane prima sabbati.

apparuit primo mariae magdalenae. de qua eiecerat

septem demonia. Illa uadens. nuntiauit his. qui cu

eo fuerant. lugentib; et flentib; Et illi audientes quia


uiuerẹ. et uisus esset ab ea. non crediderunt.
Post hec autem duobus ex eis ambulantibus. osten
sus est. in alia effigie euntibus in uillam.
Et illi euntes. nuntiauerunt ceteris. nec illis crediderunt.
ch. ccxxxiiii x sol. NOVISSIME RECUMBENTIBUS
illis undecim. apparuit ihs. et exprobrauit incredu
litatem illorum. et duriciam cordis. Quia his qui
uiderant eum resurrexisse. non crediderunt.
Et dixit eis. Euntes in mundum uniuersum uni
uersum. predicate euangelium omni creaturẹ.
Et qui crediderit. et baptizatus fuerit. saluus erit.
Qui uero non crediderit. condemnabitur. Signa
autem eos qui crediderint. hec sequentur. In nomine
meo demonia eicient. linguis loquentur nouis.
serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint.
non eos nocebit. Super egros manus inponent. et bene
habebunt. Et dns quidem ihs. postquam locutus est
eis. assumptus est in celum. et sedit a dexteris di.
Illi autem profecti predicauerunt ubiq; Dno coope
rante. et sermone confirmante. sequentib. signis.


EXPLICIT EVGLM SCDM MARC

INCIPIT ARGVMENTVM SCDM LVC.

Lucas syrus antiocensis arte medicus. discipulus
apostolorum. postea paulum secutus. usq; ad con
fessionem eius. seruiens dō sine crimine. Nam neq;
uxorem umquam habens neq; filios. Septuaginta
et quattuor annorum obiit in bithinia plen' spū scō.
Qui cum iam scripta essent euglā. p matheum qui
dem in iudea. p marcum autem in italia scō instigante
spū. in achaie partibus hoc scripsit euangłm signifi
cans etiā ipse in principio ante alia eē descripta. cui
extra ea que ordo euangelice dispositionis exposcit.
ea maxime necessitas laboris fuit. Ut primum grecis
fidelib. omni pphetatione uenturi incarnē dī xpī manifesta
humanitas. Ne iudaicis fabulis atenti. in solo legis desi
derio tenerentur. ne uel hereticis fabulis. et stultis solli
citationib. seducti excederent. a ueritate elaboraret.
Dehinc ut in principio euglā iohannis natiuitate presumpta.
cui euglm scriberet. et in quo electꝰ scriberet indicaret. Contestans
in se cōpleta eē que eēnt ab aliis inchoata. Cui ideo pꝰ baptismū
filii dī a pfectione generationis in xpō inplere. repetende a prin
cipio natiuitatis humane potestas pmissa est. ut requirentib. de
monstraret. In q̄ adphendens erat p nathan filium introitū recur
rentis in dm̄. generationis admisso indisparabilis dī. predicans
in hominib. xpm̄ suum pfecti opus hominis redire in se p fi
lium faceret. qui p dauid patrem. uenientib. iter pbebat in xpō.
Cui lucē non inmerito etiā scribendorū apostolicorum actuū
potestas in ministerio datur. ut dō in dm̄ pleno. et filio pditionis
extincto. oratione ab aptis facta. sorte dnī. electionis numer'
compleretur. Sicq; paulus consūmationem apostolicis actib.
daret. quem diu contra stimulum recalcitrantem dns elegisset.
Quod et legentib. ac requirentib. dm̄. et si p singula expediri
a nob utile fuerat. sciens tamen. quod operantem agricolam
oportet de fructib. suis edere. uitauim' publicā curiositatē.
ne n̄ tā uolentib. dm̄ uideremur. quā fastidientib. prodesse.

EXPLICIT PROLOGVS


S͞CS LVCAS · EV͞V ·


INCIP EVGLM SCDM LVC
VONIAM
QVIDEM


MVLTI
CONATIS
ORDINARE

NARRATIONĒ·

QVAE ĪNOB̄

COMPLETES̄·

sicut tradider(unt) nob(is) qui ab inicio ipsi uiderunt · et ministri
fuerunt sermonis Visum est et mihi assecuto a princi
pio omnibus diligenter ex ordine tibi scribere · optime
theophile · ut cognoscas eorum uerboru(m) · de quibus
eruditus es ueritatem ·

FUIT IN DIEBUS HERODIS REGIS IUDEE
sacerdos quidam · nomine zacharias · de uice abia · et
uxor illi de filiabus aaron · et nomen eius elisabeth ·
Erant autem ambo iusti ante d(eu)m · incedentes in
omnibus mandatis · et iustificationibus d(omi)ni sine querela ·
Et non illis filius · eo quod esset elisabeth sterilis ·
et ambo processissent in diebus suis ·
Factum est autem cum sacerdotio fungeretur zacha
rias in ordine uicis sue ante d(eu)m · secundum consue
tudinem sacerdotii · sorte exiit · ut incensu(m) poneret ·
ingressus in templum d(omi)ni · Et omnis multitudo
erat populi · orans foris · ora incensi · Apparuit aute(m)
illi angelus d(omi)ni · stans a dextris altaris incensi ·
Et zacharias turbatus est uidens · et timor irruit

sup eum. Ait autem ad illum angl's. Ne timeas zacha
ria. qm exaudita est dep̄catio tua. et uxor tua elisabeth.
pariet tibi filium. et uocabis nomen eius iohannē.
Et erit gaudium tibi et exultatio. et multi in natiui
tate eius gaudebunt. Erit enim magnus corā dn̄o.
et uinum et siceram non bibet. Et sp̄u sc̄o replebitur
adhuc ex utero matris suę. et multos filiorū israhel
conuertet ad dn̄m dm̄ ipsorum. Et ipse precedet ante
illum in sp̄u et uirtute helię. ut conuertat corda
patrum in filios. et incredibiles ad prudentiā iustorū.
parare dn̄o. plebem p̄fectam. Et dixit zacharias ad
angelum. Unde hoc sciam. ego enim sum senex.
et uxor mea processit in diebus suis.
l. ii / d. iii Et respondens angelus. dixit ei. Ego sum gabri
hel. qui adsto ante dm̄. Et missus sum loqui ad te.
et hęc tibi euangelizare.
l. iii / x / sol Et ecce eris tacens. et non poteris loqui. usq; in
diem. quo hęc fiant. p̄ eo quod non credidisti uerbis
meis. quę inplebuntur in tempore suo. Et erat plebs
expectans zachariam. et mirabantur quod tardaret

ipse intemplo · Egressus autem · non poterat loqui
adillos · Et cognouerunt quod uisionem uidisset intemplo ·
& ipse erat innuens illis · et permansit mutus · Et factum
est · ut impleti sunt dies officii eius · abiit in domum suam ·
Post hos autem dies · concepit elisabeth uxor eius · et
occultabat se mensib; quinq; dicens · Quia sic mihi
fecit dns · indiebus · quib · respexit auferre obprobrium
meum inter homines ·

IN MENSE AUTEM SEXTO

Missus est angelus gabrihel a do · inciuitatem galilee ·
cui nomen nazareth · aduirginem desponsatam uiro ·
cui nomen erat ioseph dedomo dauid · et nomen uirgi
nis maria · Et ingressus angelus ad eam · dixit · haue ·
gratia plena · dns tecum · benedicta tu inmulieribus ·
Que cum audisset · turbata est insermone eius · et cogi
tabat · qualis esset ista salutatio · Et ait angls ei ·
Ne timeas maria · inuenisti enim gratiam apud dnm ·
Ecce concipies inutero · et paries filium · et uocabis
nomen eius ihm · Hic erit magnus · et filius altissimi
uocabitur · Et dabit illi dns ds sedem dauid patris ei ·

et regnabit in domo iacob in eternu. et regni eius·
non erit finis· Dixit autem maria ad angelum· Quo
modo fiet istud· qm uirum non cognosco· Et respon
dens angelus· dixit ei· Sps scs superueniet in te· et
uirtus altissimi obumbrabit tibi· Ideoq; et quod
nascetur scm· uocabitur filius di· Et ecce elisabeth
cognata tua· et ipsa concepit filium in senectute sua·
Et hic mensis est sextus· que illi uocatur sterilis·
quia non erit inpossibile apud dm omne uerbum·
Dixit autem maria· Ecce ancilla dni· fiat mihi se
cundum uerbum tuum· Et discessit ab illa angelus·
EXURGENS AUTEM MARIA IN DIEBUS ILLIS.
Abiit in montana cum festinatione· in ciuitatem
iuda· et intrauit in domum zacharie· et salutauit
elisabeth· Et factum est ut audiuit salutationem marie
elisabeth· exultauit infans in utero eius· Et repleta
est spu sco elisabeth· et exclamauit uoce magna
et dixit· Benedicta tu inter mulieres· et benedictus
fructus uentris tui· Et unde hoc mihi· ut ueniat
mater dni mei ad me· ecce enim ut facta est uox

salutationis tue in auribus meis· exultauit in gau
dio infans in utero meo· Et beata que credidit·
quo perficientur ea· que dicta sunt ei a dno· Et ait maria·
Magnificat anima mea dnm· et exultauit sps meus
in do salutari meo· Quia respexit humilitatē ancille
sue· ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes generati
ones· Quia fecit mihi magna qui potens est· et scm
nomen eius· Et misericordia eius in progenies et proge
nies· timentib· eum· Fecit potentiā in brachio suo·
dispersit superbos mente cordis sui· Deposuit potentes
de sede· et exaltauit humiles· Esurientes impleuit
bonis· et diuites dimisit inanes· Suscepit isrl puerū
suum· memorari misericordie sue· Sicut locutus
est ad patres nros· abraham· et semini eius in secula·
Mansit autem maria cum illa· quasi mensib· trib·
et reuersa est in domum suam·

ELISABET IMPLETUM EST
tempus pariendi· et peperit filium· Et audierunt uicini
et cognati eius· quia magnificauit dns misericordiā
suam cum illa· et congratulabantur ei· Et factū est

indie octauo· uenerunt circumcidere puerū· et uoca
bant eum nomine patris sui zachariam· Et respondens
mater eius· dixit· Nequaquam· sed uocabitur iohannes·
Et dixerunt ad illam· Quia nemo est in cognatione tua·
qui uocetur hoc nomine· Innuebant autem patri eius·
quem uellet uocari eum· Et postulans pugillarem·
scripsit dicens· iohannes est nomen eius· Et mirati sunt
uniuersi; Apertum est autem ilico os eius et lingua
eius· et loquebatur benedicens dm̄· Et factus est timor
sup̄ omnes uicinos eorum· et sup̄ omnia montana iudeę·
diuulgabant̄ omnia uerba hec· Et posuerunt omnes
qui audierant in corde suo· dicentes· Quis putas·
puer iste erit· et enim manus dn̄i erat cum illo·
Et zacharias pater eius impletus sp̄u sc̄o· et prophe
tauit dicens· Benedictus dn̄s ds̄ isrl̄· quia uisitauit·
et fecit redēptionem· plebis sue· Et erex cornu salutis
nobis· in domo dauid pueri suj· Sicut locutus est p os
sc̄orum· qui a seculo sunt prophetarū ei· Salutem ex
inimicis nr̄is· et de manu omnium qui oderunt nos·
Ad faciendam misericordiam cum patribus nr̄is· et

memorari testamenti sui sci · Iusiurandum quod iurau
ad abraham patrem nrm · daturum se nobis · Ut sine
timore de manu inimicorum nrorum liberati · serui
amus illi · In scitate et iusticia coram ipso · omnibus
diebus nris · Et tu puer propheta altissimi uocaberis ·
preibis enim ante faciem dni parare uias eius ; Ad dan
dam scientiam salutis plebi eius · in remissionem pec
catorum eorum · per uiscera misericordiae di nri · in quib;
uisitauit nos oriens ex alto · Inluminare his qui in
tenebris et in umbra mortis sedent · ad dirigendos
pedes nros in uiam pacis · Puer autem crescebat et con
fortabatur spu · et erat in desertis · usq; in diem osten
sionis suae ad israhel · Factu est aut in diebus illis ·

EXIIT EDICTUM A CESARE AUGUSTO ·

ut describeretur uniuersus orbis · Haec descriptio prima
facta est a preside syriae cirino · Et ibant oms · ut pro
fiterentur · singuli in suam ciuitatem ; Ascendit aut
et ioseph a galilea · de ciuitate nazareth · in iudeam ·
ciuitatem dauid · quae uocatur bethleem · eo qd eet
de domo et familia dauid · ut profiteretur cum maria

desponsata sibi uxore pregnante. Factum est autem
cum eẽnt ibi. impleti sunt dies ut pareret. Et peperit
filium suum primogenitum. et pannis eum in uoluit.
& reclinauit eum in presepio. quia non erat eis locus
in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem uigi
lantes. et custodientes uigilias noctis supra gregẽ suũ.
Et ecce angelus dñi stetit iuxta illos. et claritas di circum
fulsit illos. et timuer̄ timore magno. Et dixit illis
angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo uobis
gaudium magnum. quod erit omni populo. quia
natus est uobis hodie saluator. qui est xp̄c dñs. in
ciuitate dauid. Et hoc uob̄ signũ. Inuenietis infantẽ
pannis inuolutum. et positum in presepio. Et subito
facta est cum angelo. multitudo militie celestis. Lau
dantium dm̄ et dicentium. Gl̄a in altissimis dō. et
in terra pax in hominibus. bone uoluntatis.
Et factũ est ut discesser̄ ab eis angeli in celum.
Pastores loquebant̄ ad inuicem. Transeam̄ usq. beth
leem. et uideamus hoc uerbum quod factũ est. qđ
dñs ostendit nobis. Et uener̄ festinantes. et inuenerunt

mariam et ioseph · et infantem positum in presepio · 102
Videntes autem · cognouerunt de uerbo · quod dictū
erat illis · de puero hoc · Et omnes qui audierunt · mi
rati sunt · et de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos ·
Maria autem conseruabat omnia uerba hec c̄ferens
in corde suo · Et reuersi sunt pastores · glorificantes ·
et laudantes dm̄ · In omnibus que audierant et uide
rant · sicut dictum est ad illos ·
Et postquam consummati sunt dies octo · ut circū
cideret̄ · puer · uocatum est nomen eius ih̄s · Quod uoca
tū est ab angelo · priusquam in utero conciperetur ·
ET POSTQVAM IMPLETI SVNT DIES
purgationis eius · secundum legem moysi · tulerunt
illum in hierlm̄ · ut sisterent eum dn̄o · sicut scriptū
est in lege dn̄i · Quia omne masculinū · adaperiens
uuluam · scm̄ dn̄o uocabitur · Et ut darent hostiā ·
secdm̄ qd̄ dictum ē in lege dn̄i · par turturum · aut
duos pullos columbarum · II
Et ecce homo erat in hierlm̄ · cui nomen symeon ·
et homo iste iustus et timoratus · expectans consolationē

isrl. et sps scs erat in eo. Et responsum acceperat a spu

sco. non uisum se mortem. nisi prius uideret xpm dni.

Et uenit in spu in templum. Et cum inducerent pueru

ihm parentes eius. ut facerent scdm consuetudinem

legis p eo. et ipse accepit eum in ulnas suas. et benedix

dm et dixit. Nunc dimittis seruum tuu dne. secun

dum uerbum tuum in pace. Quia uider oculi mei

salutare tuum. quod parasti ante faciem omnium

populorum. lumen ad reuelationem gentium. et

gloriam plebis tue. israhel.

Et erat pater eius et mater mirantes. sup his. que

dicebantur de illo. Et benedixit illis symeon. et dix

ad mariam matrem eius. Ecce positus e hic in ruina.

et in resurrectionem multoru in isrl. et in signum.

cui contradicetur. Et tuam ipsius anima pertransibit

gladius. ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Et erat anna prophetissa filia fanuhel de tribu aser.

hec processerat in dieb; multis. et uixerat cum uiro

suo annis septem a uirginitate sua. Et hec uidua usq.

ad annos octoginta quattuor. que non discedebat

detemplo. ieiuniis et obsecrationib. seruiens. nocte
ac die. Et haec ipsa hora superueniens confitebatur dno.
et loquebatur de illo. omnib. qui expectabant redemp
tionem hierlm. Et ut pfecerunt omnia. secundum
legem dni. reuersi sunt in galileam. in ciuitatē suam
nazareth. Puer autem crescebat et confortabatur.
plenus sapientia. et gratia di erat in illo.
Et ibant parentes ei p omīs annos in hierusalem.
in die sollemni pasce.
ET CUM FACTUS ESSET ANNORŪ DUODECIM.
Ascendentibus illis hierosolymam. secundū con
suetudinem diei festi. Consūmatisq; dieb. cū redirent.
remansit puer ihs in hierlm. et non cognouer paren
tes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu.
uener iter diei. et requirebant eum inter cognatos
et notos. Et non inuenientes. regressi sunt in hierlm.
requirentes eum. Et factum est post triduū. inuener
illum in templo sedentem in medio doctorū. audientē
illos. et interrogantem eos.
L. IIII ch. LXII ch. XIII Stupebant autem omnes qui eum audiebant. sup

prudentia et responsis eius · Et uidentes · ad mirati sunt ·

i xv sol Et dixit mater eius ad illum · fili · quid fecisti nob

sic · ecce pater tuus et ego · dolentes querebamus te ·

Et ait ad illos · Quid est quod me querebatis · nescie

batis · quia in his que patris mei sunt oportet me esse ·

Et ipsi non intellexer uerbum · quod locutus est ad

illos · Et descendit cum eis · et uenit nazareth · et erat

subditus illis · Et mater eius conseruabat omnia

uerba hec · in corde suo · Et ihs proficiebat sapientia

et etate et gratia · apud dm et homines · III

i vi ii vii i ii 7 xxv · ANNO autem QUINTODECIMO IMPERII

tiberii cesaris · procurante pontio pilato iudeam ·

tetrarcha autem galilee herode · philippo autem fratre

eius tetrarcha · ituree et trachonitidis regionis · et

lisinia abiline tetrarcha · sub principib; sacerdotu

anna et caipha · Factum est uerbum dni sup iohanne

zacharie filium in deserto ·

i vii i viii ii i x · Et uenit in omnem regionem iordanis · predicans

baptismum penitentie · in remissionem peccatoru ·

sicut scriptum est in libro sermonu isaie prophete ·

Vox clamantis in deserto. parate uiam dni. rectas
facite semitas eius. Omnis uallis implebitur. et om
nis mons et collis humiliabitur. Et erunt praua in directa.
et aspera in uias planas. Et uidebit omnis caro. salutare di.
E. uiii. Dicebat ergo ad turbas. que exiebant. ut baptizarentur
ebd. v. Dicebat ergo ad turbas. que exiebant. ut baptizarentur
ab ipso. Genimina uiperarum. Quis ostendit uob
fugere a uentura ira. Facite ergo fructus dignos pe
nitentie. et ne ceperitis dicere. patrem habem abraham.
Dico autem uobis. quia potest ds de lapidib. istis.
suscitare filios abrahe. Iam enim. securis ad radicem
arborum posita est. Omnis enim arbor. non faciens
fructum bonum. excidetur. et in ignem mittetur.
E. uiii. Et interrogabant eum turbe dicentes. Quid ergo
Sol. faciemus. Respondens autem. dicebat illis. Qui habet
duas tunicas. det non habenti. Et qui habet escas.
similiter faciat. Venerunt autem et publicani. ut baptiza
rentur. et dixerunt ad illum. Magister. quid faciem.
At ille dixit ad illos. Nihil amplius. quam quod
constitutum est uob faciatis. Interrogabant autem illum.
et milites dicentes. Quid faciem et nos. Et ait illis.

Neminem concutiatis· neque calumniam faciatis·
& contenti estote stipendiis uris· Existimante autē
populo· et cogitantibus omnib· de iohanne· ne forte
ipse esset xpc· Respondit iohannes· dicens omnib;
L.x mt.xi mr.iiii i.xii Ego quidem aqua baptizo uos· ueniet autē fortior
me· cui non sum dignus· soluere corrigiā calciamen
torum eius· Ipse uos baptizabit· in spū scō et igni·
L.xi mt.xii Cuius uentilabrum in manu eius· et purgabit areā
suam· et congregabit triticum in horreum suū· paleas
autem· comburet igni inextinguibili· Multa quidē
et alia exortans· euangelizabat populo·
L.xii mt.cxliiii mr.lviiii Herodes autem tetrarcha· cum corriperetur ab illo·
de herodiadē· uxore fratris sui· et de omnib· malis·
que fecit herodes· adiecit et hoc supra omnia· et in
clusit iohannem in carcere·
L.xiii mt.xiiii mr.v i.xv Factum est autem cum baptizaretur omnis populus
et ihu baptizato et orante· apertum est celum· et descen
dit sps scs corporali specie· sicut columba in ipsum·
Et uox de celo facta est· Tu es filius meus dilectus·
in te complacuit mihi·

Lc xiiii iii Mt i Io i 7 iii 7

Et ipse ih͞s erat incipiens· quasi annorū triginta·
ut putabatur filius ioseph·
Qui fuit heli· Qui fuit matthan· Qui fuit leui·
Qui fuit melchi· Qui fuit ianne· Qui fuit ioseph·
Qui fuit mathathie· Qui fuit amos· Qui fuit naum·
Qui fuit esli· Qui fuit nagge· Qui fuit maath·
Qui fuit mathathie· Qui fuit semei· Qui fuit ioseph·
Qui fuit iuda· Qui fuit ioanna· Qui fuit resa·
Qui fuit zorobabel· Qui fuit salathihel· Qui fuit neri·
Qui fuit melchi· Qui fuit addi· Qui fuit cosan·
Qui fuit helmadan· Qui fuit her· Qui fuit hiesu·
Qui fuit heliezer· Qui fuit iorim· Qui fuit matthath·
Qui fuit leui· Qui fuit symeon· Qui fuit iuda·
Qui fuit ioseph· Qui fuit iona· Qui fuit eliachim·
Qui fuit melea· Qui fuit menna· Qui fuit mathata·
Qui fuit nathan· Qui fuit dauid· Qui fuit iesse·
Qui fuit obed· Qui fuit booz· Qui fuit salmon·
Qui fuit naasson· Qui fuit aminadab· Qui fuit aram·
Qui fuit esrom· Qui fuit phares· Qui fuit iudę·
Qui fuit iacob· Qui fuit isaac· Qui fuit abrahę·

Qui fuit thare· Qui fuit nachor· Qui fuit seruth·
Qui fuit ragau· Qui fuit phalec· Qui fuit eber·
Qui fuit sale· Qui fuit cainan· Qui fuit arphaxat·
Qui fuit sem· Qui fuit noe· Qui fuit lamech·
Qui fuit mathusale· Qui fuit enoc· Qui fuit iared·
Qui fuit malalehel· Qui fuit cainan· Qui fuit enos·
Qui fuit seth· Qui fuit adam· Qui fuit di. IIII

L. xv / II / m. xvi / ch. vi
IHC AVTEM PLENVS SPV SCO·
regressus est aiordane· et agebatur in spu· in deserto·
dieb; quadraginta· et temptabatur adiabolo·

L. xvi / V / ch. xvi
Et nihil manducauit in dieb; illis· et consumma
tis illis· esuriit· Dixit autem illi diabolus· Si
filius di es· dic lapidi huic· ut panis fiat· Respon
dit ad illum ihs· Scriptum est· quia non in pane
solo uiuit homo· sed in omni uerbo di· Et duxit
illum diabolus· et ostendit illi omnia regna orbis
terrae. in momento temporis· et ait illi· Tibi dabo
potestatem hanc uniuersam· et gloriã illorũ· quia
tradita sunt mihi· et cui uolo do illa· Tu ergo·
si adoraueris coram me· erunt tua omnia·

Et respondens ihs dixit illi. Scriptum est. dnm
dm tuum adorabis. et illi soli servies. Et duxit
illum in hierlm. et statuit eum supra pinnã tẽpli.
et dixit illi. Si filius di es. mitte te hinc deorsum.
Scriptum est enim. quod angelis suis mandavit
dete. ut conservent te. & quia in manib; tollent
te. ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuũ. Et respon
dens ihs ait illi. Dictum est. non temptabis dnm
dm tuum. Et consũmata omni temptatione. dia
bolus recessit ab illo. usq; ad tempus.
L. xviii I — M. xxiii Mr. xxiiii I. xlvi Et regressus est ihs in virtute sps in galileam.
et fama exiit p universam regionem de illo. Et ipse
docebat in sinagogis eorum. et magnificabat ab omnib;
L. xviiii X sol Et venit nazareth ubi erat nutritus. et intravit
secundum consuetudinem suam die sabbati in syna
gogam. et surrexit legere. Et traditus est ei liber.
prophete esaie. Et ut revolvit librum. invenit
locum. ubi scriptum erat. Sps dni sup me. propter
quod unxit me; evangelizare pauperib. misit me.
Sanare contritos corde. predicare captivis remissionẽ.

et cecis uisum · Dimittere confractos in remissionem ·
predicare annum dni acceptum · et diem retributionis ·
Et cum plicuisset librum · reddidit ministro et sedit ·
Et omnium in sinagoga oculi · erant intendentes in eu
Cepit autem dicere ad illos · Quia hodie impleta est
hec scriptura · in auribus uris ·
L. xviiii · I · ch. cxli · M. L Et omnes testimonium illi dabant · et mirabant
I. Lviiii inuerbis gratie · que procedebant de ore ipsius · Et
dicebant · Nonne hic filius est ioseph ·
L. xx · X · Sol Et ait illis · Utique dicetis mihi hanc similitudine ·
medice · cura te ipsum · Quanta audiuimus facta in
capharnaum · fac et hic in patria tua ·
L. xxi · I · ch. cxlii Ait autem · Amen dico uobis · quia nemo propheta
M. Lii · I. xxxv acceptus est in patria sua ·
L. xxii · X · Sol In ueritate dico uobis · Multe uidue erant in diebus
helie · in isrl · quando clausum est celum annis trib;
et mensibus sex · cum facta esset fames magna in omni
terra · et ad nullam illarum missus est helias · nisi in
sareptha sidonie · ad mulierem uiduam · Et multi lepsi
erant in isrl · sub heliseo propheta · et nemo eoru mundat

est · nisi neeman syrus · Et repleti sunt omnes in syna
goga ira · hec audientes · Et surrexerunt · et eiecerunt illum
extra ciuitatem · et duxerunt illum usque ad supercilium
montis · super quem ciuitas eorum erat edificata · ut
precipitarent eum · Ipse autem trans transiens · per medium eorum ibat ·
L · xxiii VIIII M · xii Et descendit in capharnaum · ciuitatem galileę · ibique
docebat illos sabbatis · / sermo ipsius ·
L · xxiiii II M · Lxii M · xiii Et stupebant in doctrina eius · quia in potestate erat
L · xxv VIIII M · xiiii Et in synagoga erat homo habens demonium inmundum ·
et exclamauit uoce magna dicens · Sine quid nobis et
tibi ihesu nazarene · uenisti perdere nos · Scio te · qui sis
sanctus dei · Et increpauit illum ihesus dicens · Obmutesce ·
& exi ab illo · Et cum proiecisset illum demonium in medium ·
exiit ab illo · nihilque eum nocuit · Et factus est pauor
in omnibus · & conloquebantur ad inuicem dicentes ·
Quod est hoc uerbum · quia in potestate et uirtute
imperat inmundis spiritibus et exeunt · Et diuulga
batur fama de illo · in omni loco regionis ·
L · xxvi II M · Lxvii M · xv Surgens autem de synagoga · introiuit in domum
symonis · Socrus autem symonis · tenebatur magnis

febribus. Et rogauer̄ illum p̄ ea. Et stans sup̄ illā
imperauit febri et dimisit illam. Et continuo surgens.
ministrabat illis. Cum sol autem occidisset. omnes
qui habebant infirmos uariis languoribus. ducebant
illos ad eum. At ille singulis manus imponens. cura
Lc. xxvii IIII M. xxviii bat eos. Exiebant autem demonia a multis. clamantia
et dicentia. quia tu es filius dī. Et increpans. non
sinebat ea loqui. quia sciebant ipsum esse xp̄m.
Lc. xxviii IIII M. xxvii Facta autem die. egressus ibat in desertum locum.
Et turbe requirebant eum. et uener̄ usq; ad ipsum.
et detinebant illum ne discederet ab eis. Quib; ille
ait. Quia aliis ciuitatib; oportet me euangelizare.
regnum dī. quia ideo missus sum. Et erat p̄dicans.
in synagogis galileae.
Lc. xviiii X Sol Factum est autem cum turbe irruerent in ih̄m. ut
audirent uerbum dī. et ipse stabat secus stagnum
genessareth. Et uidit duas naues stantes secus stagnū.
piscatores autem descenderant. et lauabant retia.
Ascendens autem in unam nauium que erat simo
nis. rogabat eum a terra reducere pusillum.

L xxx VIIII l ccxxi J ccxiiii Et sedens · docebat de nauicula turbas · Ut cessa
uit autem loqui · dixit ad sīmonem · Duc in altū ·
et laxate retia ūra in capturā · Et respondens sīmon ·
dixit illi · preceptor · Per totam noctem laborantes nihil cepim̄ ·
in uerbo autem tuo laxabo rete · Et cum hoc fecis
sent · concluserunt piscium multitudinem copiosam ·
Rumpebatur autem rete eorum · Et annuerunt
sociis qui erant in alio naui · ut uenirent · et adiu
uarent eos · Et uenerunt · et impleuerunt ambas
L xxxi X Sol nauiculas · ita ut mergentur (re) · Quod cum uideret
sīmon petrus · procidit ad genua ihū dicens ·
Exi a me · quia homo peccator sum dn̄e · Stupor
enim circumdederat eum · et omnes qui cum illo
erant in captura piscium quam ceperant ·
Similiter autem iacobum & iohannem filios zebe
L xxxii II ch xxi ch x dei · qui erant socii sīmonis · Et ait ad sīmonem
ihs · Noli timere · ex hoc iam homines eris capiens ·
Et subductis ad terram nauib; relictis omnibus ·
secuti sunt eum ·
L xxxiii II ch lxiii ch xviii ET FACTUM EST CUM ESSET IN

in una ciuitatum. et ecce uir plenus lepra et uidens
ihm. et procidens in faciem eius. rogauit eum dicens.
Dne. si uis. potes me mundare. Et extendens manū.
tetigit illum dicens. Volo. mundare. Et confestī.
lepra discessit ab illo. Et ipse precepit illi. ut
nemini diceret. sed uade ostende te sacerdoti. et
offer pro emundatione tua sicut precepit moy
ses in testimonium illis.

L. xxxiiii
mt. I xxiii
mr. xxvii
Io. xlvi

Perambulabat autem magis sermo de illo. & con
ueniebant turbe multe. ut audirent. et curarent͞
ab infirmitatibus suis.

L. xxxv.
mt. II cxlviiii
mr. lxviiii

Ipse autem sece(de)bat in desertum. et orabat.

L. xxxvi
mt. II cliii
mr. lxviiii

ET FACTUM EST IN UNA DIERUM. ET
ipse sedebat docens. Et erant pharisei sedentes. et
legis doctores. qui uenerant ex omni castello galilee.
et iudee. et hierusalem. et uirtus erat dni ad sanan
dum eos.

L. xxxvii
mt. I lxx
mr. xx.
Io. xxxviii

Et ecce uiri portantes in lecto hominē.
qui erat paralyticus. et querebant eum inferre. &
ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte
eum inferrent pre turba. ascenderunt supra tectū.

& ꝑ tegulas sub miserunt illum cum lecto in me
dium ante ihm̄. Quorū fidē ut uidit. dixit.
Homo. remittuntur tibi peccata tua. Et cęper
cogitare scribę & pharisei. dicentes. Quis est hic.
qui loquitur blasphemias. Quis potest dimittere
peccata nisi solus ds̄. Ut cognouit autē ihc̄ cogi
tationes eorum. respondens dixit ad illos. Quid
cogitatis in cordibus uris̄. Quid est facilius dicere
dimittuntur tibi peccata. an dicere. surge et ambula.
Ut autem sciatis. quia filius hominis. potestatem
habet in terra dimittendi peccata. ait paralytico.
Tibi dico. surge. et tolle lectum tuum. et uade
in domum tuum. Et confestim surgens coram illis.
tulit in quo iacebat. et abiit in domum suam.
magnificans dm̄. Et stupor apprehendit om̄s.
et magnificabant dm̄. Et repleti sunt timore.
dicentes. Quia uidimus mirabilia hodie.
Le. xxxuiii / M̄. ii xxi / M̄. xxi ET POST HEC EXIIT. ET VIDIT PUBLICANŪ.
nomine leui. sedentem ad teloneum. et ait illi.
Sequere me. Et relictis omnibus. surgens. secut̄ ē eū.

L. xxxviiii · ii · M. lxxii · Mr. xxii
Et fecit ei conuiuium magnum leui in domo suo.
et erat turba multa publicanorum. et aliorum.
qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant
pharisei et scribe eorū. dicentes ad discipulos eius.
Quare cum publicanis et peccatoribus. mandu
catis et bibitis.
L. xl · ii · M. lxxiii · Mr. xxiii
Et respondens ihs. dixit ad illos. Non egent
qui sani sunt medico. sed qui male habent.
Non enim ueni uocare iustos. sed peccatores in penitentiā
At illi dixerūt ad eum. Quare discipuli iohannis
ieiunant frequenter. et obsecrationes faciunt. simi
liter et phariseorum. tui autem edunt et bibunt.
quibus ipse ait. Numquid potestis filios sponsi.
dum cum illis est sponsus. facere ieiunare. Venient
autem dies cum ablatus fuerit ab illis sponsus.
tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem
et similitudinem ad illos. Quia nemo cōmisurā
a uestimento nouo. inmittit in uestimentum uetus.
Alioquin. et nouū rumpit. & ueteri non conuenit
cōmissura a nouo. Et nemo mittit uinū nouum.

in utres ueteres; Alioquin rumpit uinū nouū 110
utres. & ipsum effundetur. et utres peribunt.
Sed uinum nouum. in utres nouos mittendū est.
& utraque conseruuntur. Et nemo bibens uetus
statim uult nouū. dic& enim. uetus melius est.

I.xli
II
ch.cxiiii
ch.xxiii

Factum est autem in sabbato secundo primo. cum
transir& p̄ sata. uellebant discipuli eius spicas.
et manducabant. confricantes manibus. Quidā
autem phariseorum. dicebant illis. Quid facitis.
quod non lic& in sabbatis. Et respondens ih̄s ad
eos. dixit. Nec hoc legistis. quod fec[er]it dauid
cum esurir& ipse. et qui cum eo erant. quomodo
intrauit in domum dī. et panes p̄positionis sumsit
et manducauit. & dedit his qui cum eo erant.
quos non licebat manducare. nisi tantū sacerdotib;
Et dicebat illis. Quia dn̄s est filius hominis. etiā sabbati.

I.xlii
II
ch.cxvii
ch.xxv

Factum est autem & in alio sabbato. ut intrar&
in sinagogam. et docer&. Et erat ibi homo. &
manus eius dextera erat arida. Obseruabant aūt
scribe et pharisei. si in sabbato curaret. ut inuenirent.

unde accusarent illum· Ipse uero sciebat cogitationes
eorum· et ait homini· qui habebat manū aridam·
Surge· et sta inmedium· Et surgens· stetit· Ait
autem adillos ihs· Interrogo uos· si licet sabbatis
benefacere an male? animā saluam facere· an pdere?
Et circumspectis omnibus· in ira dixit homini·
Extende manum tuam· Et extendit· et restituta
est manus eius· Ipsi autem repleti sunt insipientia
et conloquebantur adinuicem· quidnā facerent ihū·
l. xliii m. cxlviiii mr. lxvii Factum est autem in illis diebus· exiit inmontem
l. xliiii m. lxxx mr. xxx orare· Et erat pnoctans in oratione dī· Et cum dies
factus esset· uocauit discipulos suos· et elegit duo
decim exipsis· quos et aptos nominauit·
Symonem quē cognominauit petrū· et andream frēm eius·
Iacobū et iohannē· philippum· et bartholomeum·
Thomā et mattheū· et iacobū alphei· et simonē· qui
uocatur zelotes· Iudam iacobi· et iudā scarioth·
qui fuit proditor·
l. xlv m. xxiii mr. xxvii i. xlvii Et descendens cum illis· stetit in loco campestri·
et turba discipulorum eius· Et multitudo copiosa

plebis ab omni iudea et hierlm. et maritima et
tyri et sidonis. qui uener ut audirent eum. et sana
rentur a languoribus suis. Et qui uexabantur ab
spiritib; inmundis. curabantur. Et omnis turba
querebat eum tangere. quia uirtus de illo exiebat.
et sanabat omnes.

l. xlvi ch. xxvi Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos. dicebat
Beati pauperes. quia urm est regnum di.
l. xlvii ch. xxviii beati qui nunc esuritis. quia saturabimini.
l. xlviii ch. xxvii beati qui nunc fletis. quia ridebitis.
l. xlviiii ch. xxx Beati eritis. cum uos oderint homines. et cum sepa
rauerint uos et exprobrauerint. et eiecerint nomen
urm tamquam malum propter filium hominis.
Gaudete in illa die et exultate. ecce enim merces
ura multa in celo. Secundum hec enim. facie
bant prophetis patres eorum.

l. l sol. Uerumtamen ue uobis diuitibus. qui habetis con
solationem uram. Ue uobis qui saturati estis. quia
esurietis. Ue uobis qui ridetis nunc. quia luge
bitis et flebitis.

L. LI SOL Ve cum bene uobis dixerint om̄s homines. Secun
dum hec faciebant. pseudo prophetis patres eorū.
L. LII X ch. XL Sed uobis dico qui auditis. diligite inimicos u̅r̅o̅s̅.
benefacite his qui oderunt uos. Benedicite maledi
centibus uos. orate pro calumniantibus uobis.
L. LIII X ch. XXXIIII Et qui te percutit in maxillam. prebe et alteram.
Et ab eo qui aufert tibi uestimentum. etiam tunicā
nolite prohibere. Omni autem petenti te. tribue.
Et qui aufert que tua sunt. ne repetas
L. LIIII X ch. LIIII Et prout uultis ut faciant uobis homines. et uos
facite illis similiter.
L. LV X ch. XLI Et si diligitis eos qui uos diligunt. que uobis ē gratia.
Nam et peccatores. diligentes se diligunt. Et si bene
feceritis his qui uobis benefaciunt. que uobis est gratia.
siquidem et peccatores hoc faciunt. Et si mutuum
dederitis. his quibus speratis recipere. que uobis ē gratia.
Nam et peccatores peccatoribus fenerantur. ut reci
piant equalia. Uerumtamen diligite inimicos
u̅r̅o̅s̅. et benefacite. et mutuum date. nihil despe
rantes. et erit merces ur̅a multa. Et eritis

filii altissimi· quia ipse benignus est sup ingratos et malos·
Estote ergo misericordes· sicut et pater ur̄ misericors ē·
lc. lvi. mt. l. mt. xli. Nolite iudicare· et non iudicabimini· Nolite
condemnare· et non condemnabimini· Dimittite·
et dimittetur uobis· Date· et dabitur uobis·
Mensuram bonam· et confertam· et coagitatam· et supeffluentē·
dabunt in sinum ur̄m· Eidem quippe mensura
qua mensi fueritis· remetietur uobis·
lc. lvii mt. clvi. Dicebat autem illis et similitudinem· Numquid
potest cecus cecum ducere· nonne ambo in fouea cadunt·
lc. lviii mt. xc. i. cxviii· ī cxxxxiiii Non est discipulus sup magistrū· perfectus autē
omnis erit· sicut magister eius·
lc. lviiii mt. li Quid autem uides festucam in oculo fratris tui·
trabem autem que in oculo tuo est n̄ consideras·
Et quomodo potes dicere fratri tuo· fr̄· sine eiciā
festucam de oculo tuo· ipse in oculo tuo trabem
non uidens· ypocrita· eice primū trabē de oculo
tuo· et tunc pspicies· ut educas festucā de oculo fr̄is tui·
lc. lx mt. lxiiii Non est enī arbor bona que facit fructus malos· neq;
arbor mala· faciens fructū bonū· Unaqueque

enim arbor· de fructu suo cognoscitur· Neque
enim de spinis colligunt ficus· neque de rubo
uindemiant uuam·
lc. lxii V ch. cxxv Bonus homo· de bono thesauro cordis sui· p̄fert
bonum· Et malus homo· de malo thesauro
cordis sui profert malum· Ex abundantia
enim cordis· os loquitur·
lc. lxiii II mt. lxiiii i. cxxi Quid autem uocatis me d̄ne d̄ne· et non facitis quę dico?
Omnis qui uenit ad me· et audit sermones meos·
lc. lxiiii V ch. lxi et facit eos· ostendam uobis cui similis sit·
Similis est homini ędificanti domum· qui
fodit in altum· et posuit fundamenta supra petrā·
Inundatione autē facto· illisum est flumen
domui illi· et non potuit eam mouere·
Fundata enim erat· supra petram·
Qui autem audit· et non fecit· similis est
homini ędificanti domum suam supra petrā·
sine fundamento· In quam illisus est fluuius·
et continuo cecidit· et facta est ruina dom᷒ illius magnā·
lc. lxu III ch. lxiiii l. xxxuii Cum autem implesset omnia uerba sua VII

in aures plebis · intrauit capharnaum · Centurionis
autem cuiusdam seruus male habens erat moritur̄ ·
qui illi erat pretiosus · Et cum audisset de ih̄u · misit
ad eum seniores iudeorum · rogans eum ut ueniret ·
et saluaret seruum eius · At illi cum uenissent ad eū ·
rogabant eum sollicite dicentes ei · Quia dignus est ·
ut hoc illi prestes · Diligit enim gentem n̄ram · et syna
I· X I Mt·VIIII Mr·II Lc VIIII — Ego uox clamantis in deserto· dirigite uiam dni·
sicut dixit isaias propheta·

I· XI X Sot — Et qui missi fuerant· erant ex phariseis· Et inter

rogauerunt eum· et dixerunt ei· Quid ergo bapti
zas· si tu non es xpc· neq· helias· neq· propheta·
I.xii Mt.i.xi Mr.iiii L.x Respondit eis iohannes dicens· Ego baptizo in aqua·
medius autem urm· quem uos non scitis· Ipse est
qui post me uenturus est· qui ante me factus est·
cuius ego non sum dignus· ut soluam eius corrigiā
calciamenti·
I.xiii x Sol Haec in bethania facta sunt trans iordanen· ubi erat
iohannes baptizans· Altera die· uidit iohannes
ihm uenientem ad se· et ait· Ecce agnus dī· ecce qui
tollit peccata mundi·
I.xiiii Mt.i.xi Mr.iiii L.x hic est de quo dixi· post me uenit uir qui ante me
factus ē· quia prior me erat· et ego nesciebam eū·
Sed ut manifestetur isrl· ppterea ueni ego in aqua
baptizans·
I.xv Mt.i.xiiii Mr.v L.xiii ET testimonium phibuit iohannes dicens· Quia
uidi spm dī descendentem quasi columbam de
cęlo et mansit sup eum· et ego nesciebam eum·
Sed qui misit me baptizare in aqua· ille mihi
dix· Sup quem uideris spm descendentem et

manentem sup eum. hic est qui baptizat in spu sco.
Et ego uidi et testimonium phibui. quia hic e. filius di.
I. xvi X Sot Altera die. stabat iohannes. et ex discipulis eius duo.
Et respiciens ihm ambulantem. dicit. Ecce agnus di.
Et audierunt eum duo discipuli loquentem. et secu
ti sunt ihm. Conuersus autem ihc. et uidens eos se
quentes se. et dixit eis. Quid quaeritis? Qui dixerunt ei.
Rabbi. quod est interpretatum magister. Ubi habitas?
Dicit eis. Venite. et uidete. Venerunt et uiderunt
ubi maneret. et apud eum manserunt die illa. Hora
autem erat quasi decima. Erat autem andreas frater.
simonis petri. unus ex duobus qui audierant ab io
hanne. et secuti fuerant eum.
I. xvii I Mt. clxvi Mr. lxxxii L. xciiii Inuenit hic primum fratrem suum simonem. et dix
ei. Inuenimus messiam. quod e. interpretatum xpc.
Et adduxit eum ad ihm. Intuitus autem eum ihc. et dix.
Tu es simon filius iohanna. tu uocaberis cephas. quod e.
interpretatum petrus.
I. xviii X Sot In crastinum autem uoluit exire in galileam. et in
uenit philippum. et dix ei ihc. Sequere me. Erat aut

philippus a beth saida. ciuitate andree et petri. Inue
nit philippus nathanahel. et dicit ei. Quem scripsit
moyses et prophete. inuenimus ihm filium ioseph
a nazareth. Et dixit ei nathanahel. A nazareth potest
aliquid boni ee. Dicit ei philippus. Ueni. et uide.
Uidit ihc nathanahel uenientem ad se. et dic de eo.
Ecce uere israhelita. in quo dolus non ē. Dicit ei nathana
hel. Unde me nosti. Respondit ihc. et dix ei. Prius
quam te philippus uocaret cum esses sub ficu. uidi te.
Respondit ei nathanahel. et ait. Rabbi. tu es filius
dī. tu es rex isrl. Respondit ihc. et dix ei. Quia dixi
tibi uidi te sub ficu credis. maius his uidebis. Et dic ei.
Amen dico tibi. uidebitis celum apertum et angelos
dī ascendentes et descendentes supra filium hominis.
II ET die tertia. nuptie facte sunt in chana galilee. et
erat mater ihu ibi. Uocatus ē. autem et ihc. et
discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino. dicit
mater ihu ad eum. Uinum non habent. Et dicit
ei ihc. Quid mihi et tibi est mulier. non du uenit
hora mea. Dicit mater eius ministris. Quod cumq.

dixerit uobis. facite. Erant autem ibi lapideę hydrię sex
positę secundum purificationem iudęorum. capientes singulę
metretas binas t ternas. Dicit eis ihc. Implete hydrias
aqua. Et impleuerunt eas. usq. ad summu. Et dicit eis
ihc. Haurite nunc. et ferte architriclino. Et tulerunt.
Ut autem gustauit architriclinus aquam uinum
factam et non sciebat unde esset. ministri autem sciebant
qui hauserant aquam. Uocat sponsum architriclinus.
et dicit ei. Omnis homo. primum bonum uinum ponit.
Et cum inebriati fuerint. tunc id quod deterius est.
Tu autem. seruasti uinum bonum. usq. adhuc. Hoc fecit
initium signorum ihc in chana galilee. et manifesta
uit gloriam suam. Et crediderunt in eum. discipuli ei.
I. xviiii VII ch. xviiii Post hec descendit capharnaum. ipse et mater eius et fratres
eius et discipuli eius. et ibi manserunt non multis diebus.
I. xx I ch. ccxiiii ch. clvi l. clx. Et prope erat pascha iudeorum. et ascendit hierosolymam ihc.
I. xxi I ch. ccxi ch. cxxi l. ccxxxviii Et inuenit in templo uendentes et boues et oues
et columbas. et mensas nummularios sedentes. Et cum
fecisset quasi flagellum de funiculis. omnes eiecit de
templo. Oues quoq. et boues. et nummulariorum es

fudit es. et mensas subuertit. Et his qui columbas uende
bant. dix. Auferte ista hinc. et nolite facere domum
patris mei. domum negotiationis.

l.xxii x Sol Recordati uero sunt discipuli eius quia scriptum est.
Zelus domus tuę comedit me.

l.xxiii IIII m.clxi l.lxxvii Responderunt ergo iudei. et dixerunt ei. Quod signum
ostendis nobis. quia hęc facis.

l.xxiiii x Sol Respondit ihc. et dix eis. Soluite templum hoc. et in trib.
diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. quadraginta
et sex annis aedificatum ē. templum hoc. et tu tribus
diebus excitabis illud. Ille autem. dicebat de templo
corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis. recordati
sunt discipuli eius. quia hoc dicebat. et crediderunt
scripturę. et sermoni quem dix ihc. Cum autem eēt.
hierosolymis in pascha in die festo. multi crediderunt
in nomine eius. uidentes signa quę faciebat. Ipse aut
ihc non credebat semetipsum eis. eo quod ipse nosset oms
et quia opus ei non erat. ut quis testimonium phiberet
de homine. Ipse enim sciebat. quid eēt in homine.
Erat autem homo ex phariseis nichodemus nomine.

princeps iudeorum. Hic uenit ad eum nocte. et dix ei.
Rabbi. scimus quia a d(e)o uenisti magister. Nemo enim
potest hęc signa facere quę tu facis. nisi fuerit d(eu)s cum eo.
Respondit ih(esu)s. et dix ei. Amen amen dico tibi. nisi quis nat(us)
fuerit denuo. non potest uidere regnum d(e)i. Quod natu(m) e(st).
ex carne. caro e(st). Et quod natum e(st). ex sp(irit)u. sp(iritu)s e(st). Non mi
reris quia dixi tibi. oportet uos nasci denuo. Sp(iritu)s ubi uult
spirat. et uocem eius audis. sed non scis unde ueniat. et
quo uadat. Sic e(st). omnis. qui natus e(st). ex sp(irit)u. Respon
dit nichodemus. et dix ei. Rabbi. quomodo possunt
hęc fieri. Respondit ih(esu)s. et dix ei. Tu es magister in isr(ahe)l.
et hęc ignoras. Amen amen dico tibi. quia quod scim(us).
loquimur. et quod uidimus testamur et testimonium
n(ost)r(u)m non accipitis. Si terrena dixi uobis et n(on) creditis.
quomodo si dixero uobis cęlestia credetis. Et nemo
ascendit in cęlum. nisi qui a cęlo descendit. filius
hominis qui est in cęlo. Et sicut moyses exaltauit
serpentem in deserto. ita exaltari oportet filium ho
minis. Ut omnis qui credit in ipso non pereat.
sed habeat uitam aeternam.

Sic enim dilexit ds mundum. ut filium suum unigenitū daret.
Ut omnis qui credit in eum non pereat. sed habeat uitā ætnā.
Non enim misit ds filium suum in mundum ut iudicet
mundum. sed ut saluetur mundus p ipsum. Qui credit in
eum. non iudicatur. Qui autē non credit iam iudicatus ē.
quia non credidit in nomine unigeniti filii dī. Hoc ē. autē
iudicium. quia lux uenit in mundum. et dilexerunt
homines magis tenebras quā lucē. Erant enim eorum
mala opera. Omnis enim qui male agit odit lucē et
non uenit ad lucē. ut non arguantur opera eius. Qui
autē facit ueritatē. uenit ad lucē. Ut manifestent̄
opera eius. quia in dō sunt facta. ·III·
Post hec uenit ihc et discipuli eius in iudeam terram. et illic
demorabatur cum eis. et baptizabat.
i·xxvi III ch·vii lc·vii ERat autem et iohannes baptizans in enon iuxta salim
quia aque multe erant illic. et ueniebant. et baptizabant̄.
i·xxvii IIII ch·xviii ch·viii Nondum enim missus fuerat in carcerem iohannes.
i·xxviii X sol Facta ē. ergo questio ex discipulis iohannis cū iudeis.
de purificatione. et uenerunt ad iohannē. et dixerū ei.
Rabbi. qui erat tecū trans iordanen. cui tu testimo

nium phibuisti· ecce hic baptizat· et omnes ueniunt ad eu͞:
Respondit iohannes et dixit· Non potest homo accipere
quicquam· nisi fuerit ei datum de celo·
I·xxviii I Mt·xi Mr·iiii L·x Ipsi uos mihi testimonium phibetis· quod dixerim· ego
non sum xp͞c· sed quia missus sum ante illum·
I·xxviiii X Sot Qui habet sponsam· sponsus est· Amicus autem sponsi·
qui stat et audit eum· gaudio gaudet· propter uoce͞ sponsi·
hoc ergo gaudium meum impletum est· Illum oportet
crescere· me autem minui· Qui desursum uenit· super
omnes est· Qui est de terra· de terra est· et de terra loquit͞r·
qui de celo uenit· supra om͞s est· Et quod uidit et audi
uit hoc testatur· et testimoniu͞ ei͞ nemo accipit· Qui
accipit ei͞ testimoniu͞· signauit quia d͞s uerax est·
quem enim misit d͞s· uerba d͞i loquitur· Non enim
ad mensura͞ dat d͞s sp͞m·
I·xxx III Mt·cxi Mr·cxviiii Pater diligit filium· et omnia dedit in manu eius·
I·xxxi X Sot Qui credit in filium· habet uita͞ eternam· Qui autem
incredulus est filio· non uidebit uitam·
Sed ira d͞i· manet sup eum·
III Ut ergo cognouit ih͞c· quia audierunt pharisei·

quia ihc plures discipulos facit· et baptizat quā iohann̄·
quamquā ihc non baptizaret sed discipuli eius·
l.xxxii VIII .xviiii Reliquid iudeam· et abiit iterum in galileam·
l.xxxiii X Sot Oportebat autē eum transire p samariam· Venit ergo
in ciuitatē samarię quę dicitur sichar· iuxta pdium qđ
dedit iacob ioseph filio suo· Erat autē ibi fons iacob·
Ihc ergo fatigatus ex itinere· sedebat sic sup fontem·
Hora erat quasi sexta· Venit mulier de samaria· hau
rire aquā· Dicit ei ihc· Da mihi bibere· Discipuli eius
abierant in ciuitatē· ut cibos emerent· Dicit ergo ei
mulier illa samaritana· Quomodo tu iudeus cū sis
bibere a me poscis· quę sum mulier samaritana·
Non enim coutuntur iudei samaritanis· Respondit
ihc· et dix ei· Si scires donum dī et quis ē· qui dicit
tibi da mihi bibere· tu forsitan petisses ab eo· et
dedisset tibi aquā uiuā· Dicit ei mulier· Dn̄e·
neq; in quo haurias habes· et puteus altus ē· Unde
ergo habes aquā uiuā· Numquid tu maior es pa
tre nr̄o iacob· qui dedit nobis puteū· et ipse ex eo
bibit· et filii eius et pecora eius· Respondit ihc·

et dixit ei. Omnis qui biberit ex aqua hac. sitiet iterum.
Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei. non sitiet
in eternum. Sed aqua quam dabo ei. fiet in eo fons aque
salientis in uitam eternam. Dicit ad eum mulier. Domine.
da mihi hanc aquam. ut non sitiam. neque ueniam huc
haurire. Dicit ei ihesus. Vade. uoca uirum tuum. et ueni
huc. Respondit mulier et dixit. Non habeo uirum.
Dicit ei ihesus. Bene dixisti. quia non habeo uirum.
Quinque enim uiros habuisti. et nunc quem habes. non
est tuus uir. Hoc uere dixisti. Dicit ei mulier. Domine.
uideo quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc
adorauerunt. et uos dicitis. quia hierosolymis est locus.
ubi adorare oportet. Dicit ei ihesus. Mulier. crede
mihi. quia uenit hora. quando neque in monte hoc
neque in hierosolymis. adorabitis patrem. Vos adora
tis quod nescitis. nos adoramus quod scimus. quia
salus ex iudeis est. Sed uenit hora et nunc est. quan
do ueri adoratores. adorabunt patrem in spiritu et ueritate.
Nam et pater tales querit. qui adorent eum. Spiritus
est deus. et eos qui adorent eum. in spiritu et ueritate

oportet adorare· Dicit ei mulier· Scio quia messias ue
nit· qui dicitur xpistus· Cum ergo uenerit· ille adnunti
abit omnia· Dicit ei ihesus· Ego sum· qui loquor tecum·
Et continuo uenerunt discipuli eius· et mirabantur·
quia cum muliere loquebatur· Nemo tamen dixit·
quid queris· aut quid loqueris cum ea· Reliquit ergo
hydriam suam mulier· et abiit in ciuitatem· et dicit
illis hominibus· Uenite et uidete hominem· qui dixit
mihi omnia quecumque feci· Numquid ipse est xpistus· Ex
ierunt de ciuitate· et ueniebant ad eum· Interea roga
bant eum discipuli· dicentes· Rabbi manduca· Ille autem·
dixit eis· Ego cibum habeo manducare· quem uos nescitis·
Dicebant ergo discipuli ad inuicem· Numquid aliquis
attulit ei manducare· Dicit eis ihesus· Meus cibus est
ut faciam uoluntatem eius qui misit me· ut perficiam
opus eius· Nonne uos dicitis· quod adhuc quattuor
menses sunt et messis uenit· Ecce dico uobis· Leua
te oculos uestros et uidete regiones· quia albe sunt iam
ad messem· Et qui metit mercedem accipit· et con
gregat fructum in uitam aeternam· Ut et qui seminat

simul gaudeat · et qui metit · In hoc enim est uerbum uerum ·
quia alius est · qui seminat · et alius est · qui metit · Ego misi
uos metere · quod uos non laborastis · Alii laborauerunt ·
et uos in labores eorum introistis · Ex ciuitate autem illa ·
multi crediderunt in eum samaritanorum · propter uer
bum mulieris testimonium perhibentis · quia dixit mihi
omnia quaecumque feci · Cum uenissent ergo ad illum sama
ritani · rogauerunt eum ut ibi maneret · et mansit
ibi duos dies · Et multo plures crediderunt propter ser
monem eius · et mulieri dicebant · quia iam non propter tuam
loquelam credimus · Ipsi enim audiuimus et scimus ·
quia hic est uere saluator mundi ·
I·XXXIIII VII M·XVIIII Post duos autem dies · exiit inde · et abiit in galileam ·
I·XXXV I M·CLXII M·LI L·XXI Ipse enim ihesus testimonium perhibuit · quia propheta
in patria sua honorem non habet ·
I·XXXVI X Sot Cum ergo uenisset in galileam · exceperunt illum
galilei · cum omnia uidissent quae fecerat hierosolimis
in die festo · Et ipsi uenerant in diem festum · Uenit
ergo iterum in chana galileae · ubi fecit aquam uinum ·
I·XXXVII III M·LXIIII L·LXV Erat quidam regulus · cuius filius infirmabatur

capharnaum· Hic cum audisset quia ihc adueniret
a iudea in galileam· abiit ad eum· et rogabat eum ut
descenderet et sanaret filium eius· Incipiebat enim mori·
Dix ergo ihc ad eum· Nisi signa et prodigia uideritis· non
creditis· Dicit ad eum regulus· Dne· descende priusquã
moriatur filius meus· Dicit ei ihc· Uade· filius tuus uiuit·
Credidit homo sermoni quẽ dix ei ihc· et ibat· Iam autẽ
eo descendente· serui occurrerunt ei· et nuntiauerunt di
centes· quia filius eius uiueret· Interrogabat ergo horam
ab eis· in qua melius habuerit· Et dixerunt ei· quia heri
hora septima· reliquit eum febris· Cognouit ergo pater
quia illa hora erat in qua dix ei ihc· filius tuus uiuit·
Et credidit ipse· et domus eius tota· Hoc iterũ secdm
fec signũ ihc· cum uenisset a iudea in galileam·
I·xxxuiii Mt·lxx Mr·xx L·xxxuii
Post hec erat dies festus iudeorum· et ascendit ihc
hierosolymã· Est autem hierosolymis probatica piscina
que cognominabatur hebraice bethsaida· quinq· por
ticus habens· In his iacebat multitudo magna lan
gentiũ· cecorum· claudorum· expectantium aque
motũ· Angelus autẽ dni secdm tempus descendebat

in piscinam. et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in
piscinam post motionem aquę. sanus fiebat. a quacumque detine
batur infirmitate. Erat autem quidam ibi homo. triginta et
octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum uidisset
ihc iacentem et cognouisset quia iam multum tempus
haberet. dicit ei. Vis sanus fieri. Respondit ei lan
guidus. Domine. hominem non habeo. ut cum turbata
fuerit aqua. mittat me in piscinam. Dum uenio enim
ego. alius ante me descendit. Dicit ei ihc. Surge
tolle crabattum tuum. et ambula. Et statim sanus
factus est homo. et sustulit crabattum suum. et am
bulabat. Erat autem sabbatum in illo die. Dicebant
ergo iudei. illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est. non
licet tibi tollere crabattum tuum.
l.xxxuiiii X Sot Respondit eis. Qui me sanum fecit. ille mihi dixit
tolle crabattum tuum et ambula. Interrogauerunt ergo eum.
quis est ille homo qui dixit tibi. tolle crabattum tuum
et ambula. Is autem qui sanus fuerat effectus.
nesciebat quis esset. Ihc autem declinauit a turba.
constituta in loco. Postea inuenit eum ihc in templo.

et dixit ei · Ecce sanus factus es · iam noli peccare · ne de
terius tibi aliquid contingat · Abiit ille homo et nun
tiauit iudeis · quia ihc̄ est · qui fecit eum sanum ·
Propterea persequebantur iudei ihm̄ · quia hec
faciebat in sabbato · Ihc̄ autem respondit eis · Pater
meus usq· modo operatur · et ego operor · Propterea
ergo magis querebant eum iudei interficere · quia
non solum soluebat sabbatum · sed et patrem suum
dicebat dm̄ · Aequalem se faciens dō · Respondit
itaq· ihc̄ · et dixit eis · Amen amen dico uobis · non
potest filius facere a se quicquam · nisi quod uiderit
patrem facientem · Quecumq· enim ille fecerit · hec
et filius similiter facit · Pater enim diligit filium et
omnia demonstrat ei · que ipse facit · Et maiora his
demonstrabit ei opera · ut uos miremini · Sicut enī
pater suscitat mortuos et uiuificat · sic et filius quos
uult uiuificat · Neq· pater iudicat quemquā · sed iu
dicium omne dedit filio · Ut omnes honorificent filiū ·
sicut honorificant patrem · qui misit illum ·

o
I. xl
M. xcviii
M. xcvi
L. cxvi
Qui non honorificat filium · non honorificat patrem ·

I·xli
x
sot

Amen amen dico uobis. quia qui uerbū meum audit. et credit ei qui
misit me. habet uitam aeternā. Et in iudicium non uenit.
sed transit a morte in uitam. Amen amen dico uobis. quia
uenit hora et nunc ē. quando mortui audient uocem filii
dī. et qui audierint uiuent. Sicut enim pater habet
uitam in semet ipso. sic dedit et filio. uitam habere in se
met ipso. Et potestatem dedit ei et iudicium facere. quia
filius hominis ē. Nolite mirari hoc. quia uenit hora.
in qua omnes qui in monumentis sunt. audient uocē
eius. Et ꝓcedunt qui bona fecerunt. in resurrectionē
uitę. qui uero mala egerunt. in resurrectionē iudicii.
Non possum ego a me ipso facere quicquā. Sicut audio
iudico. et iudicium meum iustum est.

I·xlii
I
m·ccxcii
m·clxxui
l·cclxxxii

Quia non quero uoluntatē meā. sed uoluntatem eius
qui misit me.

I·xliii
x
sot

Si ego testimonium ꝑhibeo de me ipso. testimonium
meum non ē. uerum. Alius ē. qui testimonium ꝑhibet
de me. et scio quia testimonium eius uerum ē. quod
perhibet me. Vos misistis ad iohannem. et testimoniū
ꝑhibuit ueritati. Ego autem non ab homine testimo

nium accipio · Sed ego dico ut salui sitis· Ille erat lucerna
ardens et lucens· uos autem uoluistis ad horam exultare
in luce eius· Ego autem habeo testimonium maius
iohanne · Opera enim quę dedit mihi pater ut p̄ficiā
ea· ipsa opera quę ego facio· testimonium p̄hibent de
me· quia pater me misit · Et qui misit me pater· ipse
testimonium perhibuit me·

l·xliiii IIII m·cxii lc·cxviiii Neq· uocem eius umquā audistis· neq· speciem ei· uidistis·
Et uerbum eius non habetis in uobis manens· quia quē
l·xlv x sot misit ille· huic uos non creditis· Scrutamini scripturas·
quia uos putatis in ipsis uitam habere· Et illę sunt qui
testimonium p̄hibent de me· Et non uultis uenire ad
me· ut uitam habeatis· Claritatē ab hominib· non ac
cipio· Sed cognoui uos· quia dilectionē dī non habetis
in uobis· Ego ueni in nomine patris mei· et non accepis
tis me· Si alius uenerit in nomine suo· illum accipietis·
Quomodo potestis uos credere· qui gloriā ab inuicem ac
cipitis· et gloriam quę a solo ē· dō non queritis· Nolite
putare· quia ego accusaturus sim uos apud patrem·
Est qui accuset uos moyses· in quo uos speratis· Si enim

credereti s moysi · crederetis forsitan et mihi · De me enim
ille scripsit · Si autem illius litteris non creditis · quomodo
uerbis meis credetis ·

VI
Io · xlvi
I
Mt · xxiii
Mr · xxvii
Lc · xlv

POST HEC ABIIT IHS TRANS MARE GALILEE ·
quod est tiberiadis · Et sequebatur eum multitudo magna ·
quia uidebant signa que faciebat · super his qui infirmabantur ·

Io · xlvii
III
Mt · cxlvi
Lc · xcii

Subiit ergo in montem ihs · et ibi sedebat cum discipulis suis ·

Io · xlviii
I
Mt · cclxxiiii
Mr · clvi
Lc · ccx

Erat autem proximum pascha · dies festus iudeorum ·
Cum subleuasset ergo oculos ihs et uidisset quia multi

Io · xlviiii
I
Mt · cxlvii
Mr · lxiiii
Lc · xciii

tudo maxima uenit ad eum · dicit ad philippum · Unde
ememus panes · ut manducent hi · hoc autem dicebat ·
temptans eum · Ipse enim sciebat · quid esset facturus ·
Respondit ei philippus · Ducentorum denariorum panes
non sufficiunt eis · ut unusquisque modicum quid accipiat ·
Dicit ei unus ex discipulis eius · andreas frater simonis
petri · Est puer unus hic · qui habet quinque panes hordea
ceos · et duos pisces · Sed hec quid sunt inter tantos ·
Dixit ergo ihs · Facite homines discumbere · Erat autem
fenum multum in loco · Discubuerunt ergo uiri · numero
quasi quinque milia · Accepit ergo ihs panes · et cum gratias

egisset· distribuit discumbentib· Similiter et ex piscib·
quantum uolebant· Ut autem impleti sunt· dixit
discipulis suis· Colligite que superauerunt fragmenta·
ne pereant· Collegerunt ergo· et impleuerunt duodecī
cophinos fragmentorum· ex quinq· panib· hordeaceis·
que sup fuerunt his qui manducauerant·

i. L x Sot Illi ergo homines cum uidissent quod fecerat signum·
dicebant· Quia hic ē· uere ꝓpheta· qui uenturus ē· in
mundum· Ihc̄ ergo cum cognouisset quia uenturi eēnt
ut raperent eū· et facerent eum regem·

i. LI IIII an. cl Gr. lxviii Fugit iterum in montem ipse solus· Ut autem sero
factum ē· descenderunt discipuli eius ad mare· Et cū
ascendissent nauem· uenerunt trans mare in caphar
naum· Et tenebrę iam factę erant· et non uenerat ad
eos ihc̄· Mare autem· uento magno flante· exsurgebat·
Cum remigassent ergo quasi stadia xxu· aut xxx· ui
dent ihm̄ ambulantem sup mare· et ꝓximum naui fieri·
et timuerunt· Ille autem dicit eis· Ego sum· nolite timere·
Uoluerunt ergo in nauem accipere eum· et statim fuit
nauis ad terram quam ibant·

i · l ii x Sot Altera die turba que stabat trāsmare · uidit quia nauicula
alia non erat ibi nisi una · et quia non introisset cū discip͞lis
suis ih͞c in nauem · sed soli discip͞li eius abissent · Alię uero
sup͞ uenerunt naues a tiberiadę · iuxta locum ubi
manducauerant panem · gratias agentes dn͞o · Cum
ergo uidisset turba quia ih͞c non eēt ibi · neq· discip͞li
eius · ascenderunt in nauiculas · et uenerunt caphar
naum · querentes ih͞m · Et cum inuenissent eum trans
mare · dixerunt ei · Rabbi · quando huc uenisti ·
Respondit eis ih͞c · et dix · Amen amen dico uobis · que
ritis me non quia uidistis signa · sed quia manducastis
ex panib · et saturati estis · Operamini · non cibū qui perit ·
sed qui p̄manet in uitam aeternam · quem filius hominis
dabit uobis · Hunc enim · pater signauit ds͞ · Dixerunt
ergo ad eum · Quid faciemus · ut operemur opera dī ·
Respondit ih͞c · et dix eis · Hoc ē · opus dī · ut credatis in eum ·
quem misit ille ·

i · l iii t IIII cn · clxi cb · lxxvii Dixerunt ergo ei · Quod ergo tu facis signū · ut uideamus
et credamus tibi · quid operaris ·

i · l iiii x Sot Patres nr͞i manna manducauerunt in deserto · sicut scrip

tum est · Panem de celo dedit eis manducare · Dixit ergo eis ihc ·
Amen amen dico uobis · non moyses dedit uobis panem de
celo · sed pater meus dat uobis panem de celo uerum · Panis
enim dei est · qui descendit de celo · et dat uitam mundo ·
Dixerunt ergo ad eum · Domine · semper da nobis panem hunc ·
I · lv · I · mt · cclxxxiiii · mr · clxv · lc · cclxvi Dixit autem eis ihc · Ego sum panis uite · qui uenit ad me
non esuriet · et qui credit in me non sitiet umquam · Sed
dixi uobis · quia et uidistis me · et non creditis ·
I · lvi · X · sol Omne quod dat mihi pater ad me ueniet · et eum qui
uenit ad me · non eiciam foras ·
I · lvii · I · mt · ccxcv · mr · clxxii · lc · cclxxxii Quia descendi de celo · non ut faciam uoluntatem meam ·
sed uoluntatem eius qui misit me ·
I · lviii · X · sol Haec est autem uoluntas eius qui misit me patris · ut omne
quod dedit mihi non perdam ex eo · sed resuscitem illud in
nouissimo die · Hec est enim uoluntas patris mei qui
misit me · ut omnis qui uidet filium et credit in eum
habeat uitam eternam · Et resuscitabo ego eum · in nouissimo die ·
I · lviiii · I · mt · xli · mr · l · lc · xviiii Murmurabant ergo iudei de illo quia dixisset · ego sum
panis qui de celo descendi · et dicebant · Nonne hic est ihc
filius ioseph · cuius nos nouimus patrem et matrem ·

quomodo ergo dicit hic · quia de celo descendi ·

I. lx X Sot — Respondit ergo ihc · et dixit eis · Nolite murmurare in
inuicem · Nemo potest uenire ad me nisi pater qui mi
sit me traxerit eum · et ego resuscitabo eum in nouissi
mo die · Est scriptum in prophetis · erunt omnes doci
biles dī · Omnis qui audiuit a patre et didicit · uenit ad me ·

I. lxi IIII mt. cxii lc. cxiiii — Non quia patrem uidit quisquam · nisi is qui est a dō · hic
uidit patrem · aeternam ·

I. lxii X Sot — Amen amen dico uobis · qui credit in me habet uitam
I. lxiii I mr. cclxxxiiii — Ego sum panis uitae ·
I. lxiiii X Sot — Patres urī manducauerunt in deserto manna · et mor
tui sunt · Hic ē · panis de celo descendens · ut si quis ex
ipso manducauerit · non moriatur ·

I. lxu I mr. cclxxxiiii mt. clxu lc. cclxui — Ego sum panis uiuus · qui de celo descendi · Si quis man
ducauerit ex hoc pane · uiuet in eternum · Et panis
quem ego dabo caro mea est · pro mundi uita ·

I. lxui X Sot — Litigabant ergo iudei · ad inuicem dicentes · Quo
modo potest hic nobis carnem suam dare ad mandu
candum · dixit ergo eis ihc · Amen amen dico uob ·
nisi manducaueritis carnem filii hominis · et bibe

ritis sanguinem eius· non habebitis uitam in uobis·
Qui manducat meam carnem et bibit meum san
guinem· habet uitam aeternam· Et ego resuscitabo
eum· in nouissimo die· | s potus·
i· lxvii / m· cclxxxiiii / i / ch· clxv / lc· cclxvii — Caro enim mea· uere est cibus· et sanguis m̄s uere ē·
i· lxviiii / x / Sot — Qui manducat meam carnem· et bibit meum sangui
nem· in me manet· et ego in illo· Sicut misit me ui
uens pater· et ego uiuo propter patrem· Et qui man
ducat me· et ipse uiuet propter me· Hic ē· panis qui
de caelo descendit· Non sicut manducauerunt patres
uri manna· et mortui sunt· Qui manducat hunc
panem· uiuet in aeternum· Haec dixit in sinagoga·
docens in capharnaum· Multi ergo audientes ex
discipulis eius· dixerunt· Durus ē· hic sermo· quis
potest audire eum· ·s· Sciens autem ihc apud semet
ipsum· quia murmurarent de hoc discipuli eius·
dixit eis· Hoc uos scandalizat· ·s· | s erat prius
i· lxviiii / i / m· cccx / ch· cxci / lc· ccxci — Si ergo uideritis filium hominis ascendentem· ubi
i· lxx / iii / m· ccxcvii / ch· cxxviii — Sp̄s ē· qui uiuificat· caro non prod ē· quicquam·
i· lxxi / x / Sot — Uerba quae ego locutus sum uobis· sp̄s et uita sunt·

Sed sunt quidam ex uobis· qui non credunt·

I·lxxii IIII M·cclxxviiii M·clxi Sciebat enim ab initio ihc̄· qui eẽnt non credentes·
et quis traditurus eẽt eum·

I·lxxiii X Sot ET dicebat· Propterea dixi uobis· quia nemo potest
uenire ad me nisi fuerit ei datum a patre meo· Ex hoc
multi discipulorum eius· abierunt retro· et iam cum
illo ambulabant· Dix ergo ihc̄ ad duodecim· Numqd
et uos uultis abire·

I·lxxiiii I M·clxvi M·lxxxii L·xciiii Respondit ergo simon petrus· Dn̄e· ad quem ibimus·
uerba uitę aeternę habes· et nos credidimus et cognoui
mus quia tu es xp̄c filius dī·

I·lxxv X Sot Respondit ei ihc̄· Nonne ego uos duodecim elegi· et
unus ex uobis ē· diabolus· Dicebat autem de iuda simonis
scariothis· Hic enim erat traditurus eum· cum esset
unus ex duodecim·

VII POST HĘC AMBULABAT IHC̄ IN GALILEAM·
non enim uolebat in iudeam ambulare· quia quęrebant
eum iudęi interficere· Erat autem in p̄ximo dies festus
iudęorum· sceno phegia· Dixerunt autem ad eum fratres
eius· Transi hinc et uade in iudęam· ut et discipuli

169

tui uideant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto quid facit. et querit ipse in palam in esse. Si hec facis ma nifesta te ipsum mundo. Neq. enim fratres eius. crede bant in eum. Dicit ergo eis ihc. Tempus meum nondum aduenit. tempus autem urm semp est paratum. Non potest mundus odisse uos. me autem odit. quia ego testi monium phibeo de illo. quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum istum. quia tempus meum nondum impletum e. Hec cum dixisset. ipse mansit in galilea. Vt autem ascenderunt fratres eius. tunc et ipse ascendit ad diem festum. non manifeste. sed quasi in occulto. Iudei ergo querebant eum in die festo. et dicebant. Vbi est ille. Et murmur multus de eo erat in turba. Quidam enim dicebant. quia bonus e. Alii autem dicebant non. sed seducit turbas. Nemo tam palam loquebatur de illo. ppter metum iudeorum.

Iam autem die festo mediante. ascendit ihc in templum. et docebat. Et mirabantur iudei dicentes. Quomodo hic litteras scit. cum non didicerit. Respondit eis ihc. et dix. Mea doctrina non e. mea. sed eius qui misit me.

Siquis uoluerit uoluntatem eius facere· cognoscet de
doctrina· utrum ex dō sit· an ego a me ipso loquar· qui
a semet ipso loquitur· glām ppriam querit· qui autē
querit gloriam eius qui misit illum· hic uerax ē· et in
iusticia in illo non ē· Nonne moyses dedit uobis legē·
et nemo ex uobis facit legem· Quid me queritis inter
ficere· Respondit turba· et dixit· Demonium habes·
Quis te querit interficere· Respondit ihc· et dixit eis·
Unum opus feci· et omnes miramini· Propterea moyses
dedit uobis circumcisionem· non quia ex moyse est sed ex
patribus· et in sabbato circumciditis hominem· Sicir
cumcisionem accipit homo in sabbato ut non soluatur
lex moysi· mihi indignamini· quia totum hominē
sanum feci in sabbato· Nolite iudicare sedm faciem·
sed iustum iudicium iudicate· Dicebant ergo quidā
ex hierosolimis· Nonne hic ē· quem querunt interfi
cere· Ecce palam loquitur· et nihil ei dicunt· Num
quid uere cognouerunt principes· quia hic est xpc·
Sed hunc scimus unde sit· xpc autem cum uenerit·
nemo scit unde sit·

i. lxxvi iii m. cxii lc. cxviiii Clamabat ergo docens intemplo ihc. et dicens. Et me
scitis. et unde sim scitis. et ameipso nonueni. sed est
uerus quimisit me. quem uos nescitis. Ego scio eum.
quia abipso sum. et ipseme misit.

i. lxxvii i m. cc xx m. cxxviiii lc. cclxi Querebant ergo eum apphendere. et nemo misit inillū
manus. quia nondum uenerat hora eius.

i. lxxviii x Sot De turba autem. multi crediderunt in eum. et dicebant.
Xpc cum uenerit. numquid plura signa faciet. quā
que hic facit. Audierunt pharisei turbā murmu
rantem deillo hec.

i. lxxviiii i m. ccc m. clxxxi lc. cclxxxii Et miserunt principes et pharisei ministros. ut app
henderent eum.

i. lxxx x Sot Dixit ergo ihc. Adhuc modicum tempus uobiscum
sum. et uado adeum quimisit me.

i. lxxxi x Sot Queretis me. et non inuenietis. Et ubi sum ego. uos
nonpotestis uenire. Dixerunt ergo iudei ad semet
ipsos. Quo hic iturus ē. quia non inueniemus eum.
Numquid in dispersionem gentium iturus ē. et doc
turus gentes. Quis ē. hic sermo quem dixit. queretis
me et non inuenietis. et ubi sum ego. uos non potestis

uenire. In nouissimo autem die magno festiuitatis.
stabat ihc et clamabat dicens. Si quis sitit. ueniat ad
me et bibat. Qui credit in me. sicut dicit scriptura.
flumina de uentre eius fluent aquę uiuę. Hoc autē
dixit de spū quem accepturi erant. credentes in eū.
Nondum enim erat sps datus. quia ihc. nondum fuerat
glorificatus.

i. lxxxii vii m. cxx Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius.
dicebant. Hic ē. uere ppheta. Alii dicebant. hic ē. xpc.

i. lxxxiii vii m. v. Quidam autem dicebant. Numquid a galilea xpc
uenit. Nonne scriptura dicit. quia ex semine dauid.
et de bethleem castello. ubi erat dauid uenit xpc.

i. lxxxiii x Sot Dissensio itaq. facta ē. in turba propter eum.
i. lxxxiiii i m. ccxx m. cxxviiii l. ccxlii Quidam autem ex ipsis uolebant adphendere eum.
sed nemo misit sup illum manus.

i. lxxxv x Sot Uenerunt ergo ministri ad pontifices et pharisęos. et
dixerunt eis illi. Quare non adduxistis eum. Respon
derunt ministri. Numquā sic locutus ē. homo. sicut
hic homo. Responderunt ergo eis pharisei. Numquid
uos seducti estis. Numquid aliquis ex principibus

credidit in eum. aut ex phariseis? Sed turba hec que
non nouit legem. maledicti sunt. Dicit nichodemus
ad eos. ille qui uenit ad eum nocte. qui unus erat ex ip
sis. Numquid lex nr̄a iudicat hominem. nisi audierit
ab ipso prius. et cognouerit quid faciat? Responder̄
et dixerunt ei. Numquid et tu galileus es? Scrutare
et uide. quia propheta a galilea non surgit. Et reuersi
sunt unusquisq. in domum suam.

Ihc̄ autem. perexit in montem oliueti. et diluculo ite
rum uenit in templum. Et omnis populus uenit ad eū.
et sedens. docebat eos. Adducunt autem scribe et phari
sei mulierem in adulterio dep̄hensam. et statuerunt
eam in medio. et dixerunt ei. Magister. hec mulier.
modo dep̄hensa ē. in adulterio. In lege autē. moyses
mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid
dicis? Hec autem dicebant temptantes eū. ut possent
accusare eum. Ihc̄ autem inclinans se deorsum digito
scribebat in terra. Cum autem p̄seuerarent interro
gantes eum. erexit se. et dixit eis. Qui sine peccato ē.
urm̄. primus in illam lapidem mittat. Et iterum

se inclinans. scribebat interra. Audientes autem. unus
post unum exiebant. incipientes a senioribus. Et reman
sit ihc̄ solus. et mulier inmedio stans. Erigens autem
se ihc̄. dixit ei. Mulier. ubi sunt qui te accusabant?
Nemo te condempnauit. Quedix̄. Nemo dnē. Dixit
autem ihc̄. Nec ego te condempnabo. Vade. et am
plius iam noli peccare.

Iterum ergo locutus ē. eis ihc̄ dicens. Ego sum lux
mundi. Qui sequitur me non ambulabit intenebris.
sed habebit lucem uitę. Dixerunt ergo ei pharisei.
Tu de te ipso testimonium ꝑhibes. testimonium tuū
non ē. uerum. Respondit ihc̄. et dixit eis. Et si ego
testimonium ꝑhibeo de me ipso. uerum ē. testimoni
um meum. quia scio unde uenio. et quo uado. Vos
autem. nescitis unde uenio. aut quo uado. Vos secdm
carnem iudicatis. ego non iudico quemquam. Et
si iudico ego. iudicium meum uerum ē. quia solus
non sum. sed ego. et qui me misit pater. Et in lege
urā scriptum ē. quia duorum hominū testimoniū
uerum ē. Ego sum qui testimonium ꝑhibeo de me ipso.

et testimonium p̄hibet de me qui misit me pater · Dicebant

ergo ei · Ubi est pater tuus ·

I · lxxxiii · II · cxii · Ic · cxviiii Respondit ihc · Neq· me scitis · neq· patrem meum · Si me

scietis · forsitan et patrem meum sciretis ·

I · lxxxviii · I · cxx · cxxviii · cxxii · Ic · ccxxxviiii · ccxlii Haec uerba locutus ē ihc in gazophilatio · docens in

templo · Et nemo apprehendit eum · quia nondum

uenerat · hora eius · VIII

I · lxxxviiii · X · Sot DIXIT ERGO ITERUM EIS IHC

Ego uado et queretis me · et in peccato urō morie

mini · quo ego uado · uos non potestis uenire · Dice

bant ergo iudei · Numquid interficiet semet ipsū

quia dicit · quo ego uado uos non potestis uenire ·

Et dicebat eis · Uos de deorsum estis · ego de sup̄nis sum ·

Uos de mundo hoc estis · ego non sum de hoc mundo ·

Dixi ergo uobis · quia moriemini in peccatis urīs ·

Si enim non credideritis quia ego sum · moriemini

in peccato urō · Dicebant ergo ei · Tu quis es · Dixit

eis ihc · Principium · qui et loquor uobis · Multa

habeo de uobis loqui et iudicare · sed qui misit me

uerax ē · et ego que audiui abeo · hec loquor in mundo ·

Et non cognouerunt · quia patrem eis dicebat d(eu)m ·
Dixit ergo eis ih(esu)c · Cum exaltaueritis filium homi
nis · tunc cognoscetis quia ego sum · et a me ipso
facio nihil · Sed sicut docuit me pater · hec loquor ·
Et qui me misit mecum est · non relinquit me
solum · Quia ego que placita sunt ei · facio semp(er) ·
hec illo loquente · multi crediderunt in eum ·
Dicebat ergo ih(esu)c ad eos qui crediderunt ei iudeos ·
Si uos manseritis in sermone meo · uere discipli
mei eritis · Et cognoscetis ueritatem · et ueritas
liberabit uos · Responderunt ei · Semen abrahe
sumus · et nemini seruiuimus umquam · Quomodo
tu dicis · liberi eritis · Respondit eis ih(esu)s · Amen
amen dico uob(is) · quia omnis qui facit peccatum ·
seruus est peccati · Seruus autem non manet in
domo in eternum · filius manet in eternu(m) · Si ergo
filius uos liberauerit · uere liberi eritis · Scio quia
filii abrahe estis · sed queritis interficere · quia
sermo meus non capit in uob(is) · Ego quod uidi apud
patrem meum loquor · et uos que uidistis apud patrem

urm̄ factis· Responderunt et dixerunt ei· Pater noster
abraham est· Dixit eis ihc· Si filii abrahe estis· opera abrahe
facite· Nunc autē quęritis me interficere hominē qui
ueritatē locutus sum uob̄ quā audiui a dō· Hoc abraham
non fecit· Uos facitis opera patris uri· Dixerunt itaq· ei·
Nos ex fornicatione non sum̄ nati· unū patrem habem̄
dm̄· Dixit ergo eis ihc· Si ds̄ pater ur̄ eēt· diligeretis me
utiq· Ego enim· ex dō processi et ueni· Neq· enim
a me ipso ueni· sed ille me misit· Quare loquelam
meā non cognoscitis· quia non potestis audire ser
monē meū· Uos ex patre diabolo estis· et desideria
patris uri uultis facere· Ille homicida erat ab initio
et in ueritate non stetit· quia non ē ueritas in eo·
Cum loquitur mendatium· ex propriis loquitur·
quia mendax ē· et pater eius· Ego autē quia ueri
tatem dico· non creditis mihi·
Quis ex uob̄ arguit me de peccato· Si ueritatē dico·
quare uos non creditis mihi· Qui ē ex dō· uerba dī
audit· Propterea uos non auditis· quia ex dō non
estis· Responderunt igitur iudei· et dixerunt ei·

Nonne benedicimus nos· quia samaritanus es tu·
et demonium habes· Respondit ihc· Ego demoniū
non habeo· sed honorifico patrem meū· et uos in
honorastis me· Ego autē non quero glām meā· est
qui querat et iudicet· Amen amen dico uob· si quis
sermonē meū seruauerit· mortē non uidebit in etnū·
Dixerunt ergo iudei· Nunc cognouimus· quia
demonium habes· Abraham mortuus ē· et pphete·
et tu dicis· si quis sermonē meū seruauerit· mortē
non gustabit in eternū· Num quid tu maior es patre
nrō abraham qui mortuus ē· et pphete mortui st·
quem te ipsum facis· Respondit ihc· Si ego glori
fico me ipsum· glā mea nihil est· Est pater meus
qui glorificat me· quē uos dicitis quia dš noster ē·
et non cognouistis eū· Ego autē· noui eum· Et
si dixero quia non scio eum· ero similis uob mendax·
Sed scio eum· et sermonem eius seruo· Abraham
pater ur̄ exultauit ut uideret diem meū· et uidit
et gauisus ē· Dixerunt ergo iudei ad eum· Quin
quaginta annos nondum habes· et abraham uidisti·

dixeis ihc. Amen amen dico uob. antequā abrahā
fieret. ego sum. Tulerunt ergo lapides. ut iacerent
in eum. Ihc autem abscondit se. et exiuit de templo.
ET preteriens uidit hominē cecum a natiuitate. et in
terrogauerunt eum discipli sui. Rabbi. quis pecca
uit. hic an parentes eius ut cecus nasceretur. Resp
ondit ihc. Neq. hic peccauit neq. parentes eius. sed
ut manifestentur opera dī in illo. Me oportet ope
rari opera eius qui misit me. donec dies est. Uenit
nox. quando nemo potest operari. Quamdiu in mun
do sum. lux sum mundi. Hec cū dixisset. expuit in
terram. et fecit lutum ex puto. et liniuit sup oculos
eius. et dix ei. Uade laua in natatoria siloe. qd
interptatur missus. Abiit ergo et lauit. et uenit
uidens. Itaq. uicini et qui uidebant eum prius quia
mendicus erat. dicebant. Nonne hic ē. qui sedebat
et mendicabat. Alii dicebant quia hic ē. alii autē
nequaquā. sed similis ē eius. Ille uero dicebat. quia
ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo apti sunt
tibi oculi. Respondit. Ille homo qui dicitur ihc

lutum fecit et unx oculos meos. et dix mihi. Vade ad natatorium
siloe. et laua. Et abii. et laui. et uidi. Et dixerunt ei. Ubi est
ille. ait. Nescio. Adducunt eum ad phariseos. qui cecus
fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit ihc. et
aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pha
risaei. quomodo uidisset. Ille autem. dix eis. Lutu posuit
mihi sup oculos. et laui et uideo. Dicebant ergo ex phari
saeis quidam. Non e. hic homo a do. qui sabbatu non
custodit. Alii dicebant. Quomodo potest homo pecca
tor hec signa facere. et scisma erat in eis. Dicunt ergo
ceco iteru. Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos.
Ille aute dix. quia propheta e. Non crediderunt
ergo iudei de illo quia cecus fuisset et uidisset. do
nec uocauerunt parentes eius [qui uiderat]. et interrogauerunt
eos dicentes. Hic e. filius uester que uos dicitis quia
cecus natus e. quomodo ergo nunc uidet. Respon
derunt parentes eius. et dixerunt. Scimus quia hic e.
filius noster et quia cecus natus est. quomodo aute
nunc uideat nescimus. aut quis eius aperuit oculos
nos nescimus. Ipsum interrogate. aetate habet.

ipse de se loquatur· Haec dixerunt parentes eius· quia timebant iudaeos· Iam enim conspirauerant iudei· ut siquis eum confiteretur xpm· extra synagogam fieret· Propterea parentes eius dixerunt· quia aetatē habet· ipsum interrogate· Uocauerunt ergo rursū hominem qui fuerat caecus· et dixerunt ei· Da glam dō· Nos scimus· quia hic homo peccator ē· Dix ergo ille· Si peccator ē nescio· unum scio· quia caecus cū essem modo uideo· Dixerunt ergo illi· Quid fecit tibi· quomodo aperuit tibi oculos· Respondit eis· Dixi uobis iam et audistis· quid iterū uultis audire· numquid et uos uultis discipuli eius fieri· male dixerunt ei· et dixerunt ei· Tu discpts illius sis· nos autē moysi discpti sumus· Nos scimus· quia moysi locutus ē ds· Hunc autem· nescimus unde sit· Respondit ille homo· et dix eis· In hoc enī mirabile ē· quia uos nescitis unde sit· et aperuit oculos meos· Scimus autē· quia peccatores ds non audit· Sed siquis dī cultor ē· et uoluntatē eius facit· hunc exaudit· A sclo non ē auditum· quia aperuit

quis oculos cecinati · Nisi eet hic adō · non poterat facere
quicquā · Responderunt et dixerunt ei · In peccatis
natus es totus · et tu doces nos · et eiecerunt eū foras ·
Audiuit ihc quia eiecerunt eum foras · et cū inuenis
set eum · dixit ei · Tu credis in filium dī · Respondit
ille et dix · quis ē dn̄e ut credam in eū · et ihc dixit ei ·
Et uidisti eum · et qui loquitur tecū ipse ē · At ille ait ·
Credo dn̄e · Et procidens · adorauit eū · Et dixit ei ihc ·
In iudicium ego in hunc mundū ueni · ut qui non
uident uideant · et qui uident ceci fiant · Et au
dierunt ex pharisaeis qui cum ipso erant · et dixerunt ei ·
Numquid et nos ceci sumus · dixit eis ihc · Si ceci
essetis · non haberetis peccatum · Nunc uero dicitis
quia uidemus · peccatum urm̄ manet · VIIII ·
Amen amen dico uobis · qui non intrat p ostium
in ouile ouium sed ascendit aliunde · ille fur est
et latro · Qui autē intrat p ostium · pastor ē ouiū ·
Huic ostiarius aperit · et oues uocē eius audiunt ·
Et proprias oues uocat nominatim · et educit eas ·
Et cum proprias oues emiserit ante eas uadit · et

oues illum secuntur quia sciunt uocem eius. Ali
enum autē non secuntur sed fugiunt ab eo. quia
non nouerunt uocē alienorum. Hoc prouerbium
dix eis ihc. Illi autem non cognouerunt. quid
loqueretur eis. Dix ergo iterum eis ihc. Amen
amen dico uobis. quia ego sum ostium ouium.
Om̄s quotquot uenerunt fures sunt et latrones.
sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium. per me
siquis introierit saluabitur. et ingredietur et
egredietur. et pascua inueniet. Fur non uenit.
nisi ut furetur et mactet et pdat. Ego ueni ut uitā
habeant. et abundantius habeant.
Ego sum pastor bonus. Bonus pastor. animam suā
dat pro ouibus. Mercennarius et qui non ē pastor.
cuius non sunt oues propriç. uidet lupū uenientē.
et dimittit oues et fugit. Et lupus rapit. et dispgit
oues. Mercennarius autē fugit quia mercennarius ē.
o l·xc et non ptinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bon̄.
III Et cognosco meas. et cognoscunt me meç. Sicut
cxi L·cxiiii nouit me pater et ego agnosco patrem. et animā

l xcii
sot

meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quę
non sunt ex hoc ouili. et illas oportet me adducere
et uocē meam audient. Et fiet unū ouile. et unus
pastor. Propterea me pater diligit. quia ego pono
animā meā ut iterum sumam eam. Nemo tollit
eam a me. sed ego ponam eam a me ipso. Potestatem
habeo ponendi animā meā. et potestatē habeo iterū
sumendi eam. Hoc mandatum accepi a patre meo.
Dissensio iterum facta ē inter iudęos. ppt sermones
hos. Dicebant autē multi ex ipsis. Daemonium
habet et insanit. quid eum auditis. Alii dicebant.
Haec uerba. non sunt daemonium habentis. Nūqd
daemonium potest caecorū oculos aperire.
Facta sunt autem encenia in hierosolimis. et hiems
erat. Et ambulabat ihc in templo. in porticu salo
monis. Circumdederunt ergo eum iudęi. et dix
erunt ei. Quo usq. animam nrām tollis. Si tu es xpc.
dic nobis palam. Respondit eis ihc. Loquor uobis
et non creditis. Opera quę ego facio in nomine pa
tris mei. hęc testimonium phibent de me. Sed

uos non creditis· quia non estis ex ouib· meis· Oues
meę uocem meam audiunt· et ego cognosco eas et secunt̃
me· Et ego uitam aeternã do eis· et non peribunt
in aeternum· et non rapiet eas quisquã de manu
mea· Pater mš qđ dedit mihi maius omnibus ē·
et nemo potest rapere de manu patris mei· Ego et pat̃·
unum sumus· Sustulerunt ergo lapides iudei· ut
lapidarent eum· Respondit eis ihc· Multa opera
bona ostendi uobis ex patre meo· ꝓpter quod eorũ
opus me lapidatis· Responderunt ei iudei· De
bono opere non lapidabimus te· sed de blasphemia·
Et quia tu homo cum sis· facis te ipsum dm̃· Respon
dit eis ihc· Nonne scriptum ē· in lege urã quia ego
dixi dii estis· Si illos dix deos ad quos sermo dĩ factus ē·
et non potest solui scriptura· quē pater scĩficauit et misit
in mundum· uos dicitis quia blasphemas· quia dixi
dĩ filius sum· Si non facio opera patris mei· nolite
credere mihi· Si autē facio· et si mihi non uultis
credere· operibus credite· Ut cognoscatis et cre
datis· quia in me ē pater· et ego in patre·

l.xciii IIII m.cxvii m.xxvi Querebant ergo eum apphendere. et exiuit de manib.
eorum. Et abiit iterum trans iordanen in eũ locũ
ubi erat iohannes babtizans primũ. et mansit illic.
l.xciiii X Sot Et multi uenerunt ad eum et dicebant. quia
iohannes quidem signum fecit nullum. Omnia
autem quecumq. dix iohannes de hoc uera erant.
et multi crediderunt in eum.

Erat autem quidam languens lazarus a bethania
de castello marię et marthę sororis eius. Maria
autem erat que unx dnm unguento. et extersit
pedes eius capillis suis. cuius frater lazarus in
firmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad
ōnē. ihm dicentes. Ecce quem amas. infirmatur.
Audiens autem ihc. dixit eis. Infirmitas hec
non e ad mortem. sed pro gła dī ut glorificet
filius dī p eam. Diligebat autem ihc martham
et sororem eius mariam. et lazarum. Ut ergo
audiuit quia infirmabatur. tunc quidem
mansit in eodem loco. duobus diebus. Deinde
post hec. dix discipłis suis. Eamus in iudeam

iterum · Dicunt ei discipli eius · Rabbi · nunc quę
rebant te iudei lapidare · et iterum uadis illuc ·
Respondit ihc · Nonne duodecim horę sunt diei ·
Si quis ambulauerit in die non offendit · quia lucem
huius mundi uidet · Qui autem ambulauerit nocte
offendit · quia lux non ē in eo · Hec ait · et post hec
dicit eis · Lazarus amicus noster dormit · sed uado
ut a somno exsuscitem eū · Dixerunt ergo discipli
eius · Dn̄e · si dormit · saluus erit · Dixerat autē ihc
de morte eius · Illi autem putauerunt · quia de dormi
tione somni diceret · Tunc ergo dix̄ eis ihc manifeste ·
Lazarus mortuus ē · et gaudeo ꝓpter uos ut credatis
quō non eram ibi · sed eamus ad eum · Dix ergo
thomas qui dicitur didimus · ad condisciptos · Eam̄
et nos · ut moriamur cum eo · Uenit itaq · ihc et in
uenit eum quattuor dies iam in monumento ha
bentem · Erat autem bethania iuxta hierosolimā ·
quasi stadiis quindecim · Multi autem ex iudeis
uenerant ad martham et mariam · ut consolarent̄
eas de fratre suo · Martha ergo ut audiuit quia ihc

uenit· occurrit illi· Maria autem· domi sedebat·
Dix ergo martha ad ihm· Dne· si fuisses hic· frater m̄s
non fuisset mortuus· Sed et nunc scio· quia quecumq·
poposceris a dō· dabit tibi ds· Dicit illi ihc· Resurget
frater tuus· Dicit ei martha· Scio quia resurget in resur
rectione· in nouissimo die· Dicit ei ihc· Ego sum re
surrectio et uita· qui credit in me· etiam si mortuus
fuerit uiuet· Et omnis qui uiuit et credit in me·
non morietur in aeternum· Credis hoc· Ait illi·
Utiq· dne· Ego credidi quia tu es xpc filius dī· qui
in hunc mundum uenisti· Et cum hec dixisset· abiit
et uocauit mariam sororem suam silentio dicens·
Magister adest· et uocat te· Illa ut audiuit· surgit
cito et uenit ad eum· Nondum enim uenerat ihc in
castellum· sed erat adhuc in illo loco· ubi occurrerat
ei martha· Iudei igitur qui erant cum ea in domo
et consolabantur eam· cum uidissent mariam quia
cito surrex et exiit· secuti sunt eam dicentes· Quia
uadit ad monumentum· ut ploret ibi· Maria ergo
cum uenisset ubi erat ihc· uidens eum· cecidit ad

pedes eius · et dixit ei · Dne · si fuisses hic · non esset mortuus
frater ms · Ihc ergo ut uidit eam plorantem · et iudeos
qui uenerant cum ea plorantes · fremuit spu · et tur
bauit semet ipsum et dix · Ubi posuistis eum · Dicunt
ei · Dne · ueni et uide · Et lacrimatus e · ihc · Dixer
ergo iudei · Ecce · quomodo amabat eum · Quidam
autem ex ipsis dixerunt · Non poterat hic qui aperuit
oculos ceci · facere ut et hic non moreretur · Ihc ergo
rursum fremens in semet ipso · uenit ad monumtu ·
Erat autem spelunca · et lapis sup positus erat illi ·
Ait ihc · Tollite lapidem · Dicit ei martha · soror eius
qui mortuus fuerat · Dne · iam fetet · quatriduanus
enim e · Dicit ei ihc · Nonne dixi tibi · quo si credideris
uidebis glam di · Tulerunt ergo lapidem · Ihc aute
eleuatis sursum oculis · dix · Pater · gratias ago tibi ·
quo audisti me · Ego autem sciebam · quia semp me
audis · Sed pp ter populum qui circumstat dixi · ut
credant quia tu me misisti · Hec cum dixisset · uoce
magna clamauit · Lazare · ueni foras · Et statim
pdiit qui fuerat mortuus ligatus pedes et manus

institis. et facies illius sudario erat ligata. Dicit eis ihc.
Soluite eum. et sinite abire. Multi ergo ex iudeis
qui uenerant ad martham et mariam et uiderant
que fecit. crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis
abierunt ad phariseos. et dixerunt eis que fecit ihc.
Collegerunt ergo pontifices et pharisei concilium.
et dicebant. quid facimus. quia hic homo multa
signa facit. Si dimittimus eum sic. omnes credent
in eum. Et uenient romani. et tollent nostrum locum
et gentem. Unus autem ex ipsis caiphas cum esset
pontifex anni illius. dixit eis. Vos nescitis quicquam
nec cogitatis. quia expedit nobis ut unus moriatur
homo pro populo. et non tota gens pereat. Hoc autem
a semet ipso non dixit. sed cum esset pontifex anni il
lius prophetauit. quia ihc moriturus erat pro gente.
Et non tantum pro gente. sed ut filios dei qui erant
dispersi congregaret in unum.
l·xcu iiii m·cxuii lc·xxui Ab illo ergo die. cogitauerunt ut interficerent eum.
Ihc ergo iam non in palam ambulabat apud iu
deos. sed abiit in regionem iuxta desertum. in ciui

tatem· que dicitur effrem· Et ibi morabatur· cu̅ discip̅lis suis·
roximum autem erat pasca iudeorum·

i·xcvii X Sol. Et ascenderunt multi h̅i̅ rosoly̅mam de regione ante pasca·
ut s̅c̅ificarent se ipsos· querebant ergo ih̅m. et conloque
bantur ad inuicem· in templo stantes· quid putatis· quia
non ueniet ad diem festum· Dederant autem pontifi
ces et pharisei mandatum· ut si quis cognouerit ubi sit
indicet· ut adprehendant eum· Ih̅c ergo ante sex dies
pasce· uenit bethaniam· ubi fuerat lazarus mortuus·
quem suscitauit ih̅c·

i·xcviii Mt·cclxxvi Mr·clxiiii L·lxxiiii Fecerunt autem ei cenam ibi· et matha ministrabat·
Lazarus uero unus erat ex discumbentib; cum eo·
Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici p̅ci
osi· et unxit pedes ih̅u· et extersit capillis suis pedes
ei̅· et domus impleta est ex odore unguenti· Dicit
ergo unus ex discip̅lis ei̅· iudas scariothis· qui erat
eum traditurus· Quare hoc unguentu̅ non uenit
trecentis denariis· et datum est egenis· Dixit aute̅
hoc· non quia de egenis p̅tinebat ad eum· sed quia
fur erat· et loculos habens· ea que mittebantur portabat·

Dixit ergo ih͞c · Sine illam · ut in diem sepulture meę
seruet illud · Pauperes enim semp̄ habetis uobiscum · me
autem non semp̄ hab[ibi]etis ·

I · xcuiiii X Sol Cognouit ergo turba multa ex iudeis · quia illic est · et
uenerunt · non propter ih͞m tantū · sed ut lazarū uide
rent · quem suscitauit a mortuis · Cogitauerunt autē
principes sacerdotum · ut lazarum interficerent · quia
multi ꝑpter illum abibant ex iudeis · et credebant in ih͞m ·

I · c I Mt · ccuiiii Mr · cxuiiii L · ccxxiiii In crastinum autem turba multa quę uenerat ad diē
festum · cum audissent quia uenit ih͞c hierosoly
mam · acceperunt ramos palmarum · et ꝓcesserunt
obuiam ei · et clamabant · Osanna benedictus qui
uenit in nomine dn͞i · rex israhel ·

I · ci VII Mt · ccuii Et inuenit ih͞c asellum · et sedit sup̄ eum · sicut scrip
tum est · Noli timere filia syon · ecce rex tuus
uenit · sedens super pullum asinę ·

I · cii X Sol Hęc non cognouerunt discipuli ei͞ primū · sed quan
do glorificatus est ih͞c · Tunc recordati sunt
quia hęc erant scripta de eo · et hęc fecerunt ei ·
Testimoniū ergo ꝑhibebat turba quę erat cum eo

quando lazarum uocauit de monumento · et suscitauit
eum a mortuis · Propterea et obuiam uenit ei turba ·
quia audierat eum fecisse hoc signum · Pharisei
ergo · dixerunt ad semetipsos · Videtis quia nihil
ꝓficimus · ecce mundus totus post ipsum abiit ·
Erant autem gentiles quidam ex his qui ascenderant ·
ut adorarent in die festo · hi ergo accesserunt ad
philippum · qui erat a bethsaida galileę · et roga
bant eum dicentes · Dn̄e · uolumus ih̄m uidere ·
Venit philippus et dicit andreę · andreas rursum
et philippus dixerunt ih̄u ·
i · cxiii IIII Ih̄c autem respondit eis dicens · Venit hora · ut
ch̄ · ccxcuiiii ch̄ · clxxx clarificetur filius hominis ·
i · ciiii X Sol men amen dico uob̄ · Nisi granum frumenti cadens
in terram mortuum fuerit · ipsum solum manet ·
Si autē mortuū fuerit · multū fructū affert ·
i · cu III Quí amat animā suam · ꝑdet eam · Et qui odit ani
ch̄ · xcuii L · ccxi mam suam in hoc mundo · in uitā eternā custodit eā ·
i · cui X Sol Siquis mihi ministrat · me sequatur · Et ubi sū
ego · illic et minister meus erit · Siquis mihi ministra

uerit. honorificabit eum pater meus.

i· cxiii IIII M· ccxciii Mr· clxxiii Nunc anima mea turbata est. Et quid dicā. pater.
salutifica me ex hora hac.

i· cxiiii X Sal Sed propterea ueni in horā hanc. Pater. clarifica
tuum nomen. Venit ergo uox de celo. et clarificaui.
et iterum clarificabo. Turba ergo quę stabat et au
dierat. dicebat tonitruum factū esse. Alii dicebant.
angelus ei locutus est. Respondit ihc. et dixit.
Non propter me uox hęc uenit. sed ppter uos.
Nunc iudicium est mundi. nunc princeps huius
mundi ~~iudicatus est~~ eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero
a terra. omnia traham ad me ipsū. Hoc autem
dicebat. significans. qua morte esset moriturus.
Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege.
quia xpc manet in ęternum. Et quomodo tu dicis.
oportet exaltari filium hominis. Quis est iste fili
us hominis. Dixit ergo eis ihc. Adhuc modicum
lumen in uobis est. Ambulate dum lucem habetis.
ut non tenebrę uos cōprehendant. Et qui ambu
lat in tenebris. nescit quo uadat. Dum lucem

habetis credite in lucem · ut filii lucis sitis · Hec
locutus est et abiit. et abscondit se ab eis · Cum
autem tanta coram eis · non credebant in eum · ut ser
mo isaie prophete impleretur quem dixit · Dne.
quis credidit auditui nro · et brachiu dni cui reuelatu e.
i·cviiii mt·cxxxiii mr·xxxiii lc·lxxiii Propterea non poterant credere · quia iterum dixit
isaias · Excecauit oculos eorum · et indurauit eorū
cor · ut non uideant oculis · et intellegant corde ·
et conuertantur et sanem eos ·
i·cx sol Hec dixit isaias · quando uidit gloriam ei⁹ · et locutus
est de eo · Verumtamen · multi ex principib; credi
derunt in eum · Sed propter phariseos non confite
bantur · ut de sinagoga non eicerentur · Dilexerunt
enim gloriam hominū · magis quam gloriam dī ·
i·cxi mt·xcviii mr·xcvi lc·cxvi Ihc autem · clamauit et dixit · Qui credit in me · non
credit in me · sed in eum qui misit me · Et qui uidet
i·cxii sol me · uidet eum qui misit me · Ego lux in mundum
ueni · ut omnis qui credit in me · in tenebris non ma
neat · Et si quis audierit uerba mea · et non custodierit ·
ego non iudico eum · Non enim ueni ut iudicem

mundum. sed ut saluificem mundum. Qui spernit
me. et non accipit uerba mea. habet qui iudicet eu͂.
Sermo quem locutus sum. ille iudicabit eum in no
uissimo die. quia ego ex me ipso non sum locutus.
Sed qui misit me pater. ille mihi mandatum de
dit. quid dica͂. et quid loquar. Et scio quia man
datum eius uita eterna est. Que ergo ego loquor.
sicut dixit mihi pater. sic loquor. XL
Ante diem autem festu͂ pasce. sciens ih͂c quia
uenit eius hora ut transeat ex hoc mundo ad patre͂.
Cum dilexisset suos qui erant in mundo. in fine͂ dilex(it)
i·cxiii iiii E·cclxii Et cena facta cum diabolus iam misisset in (eos)
cor. ut traderet eum iudas symonis scariothis.
i·cxiiii iii L·cxl E·cxxiiii ciens quia omnia dedit ei pater in manus. et
quia a do exiuit. et ad dm̄ uadit.
i·cxv i Sol Surgit a cena et ponit uestimenta sua. Et cu͂ acce
pisset linteum. precinxit se. Deinde misit aqua͂
in peluem. et cepit lauare pedes discipulorum.
et extergere linteo. quo erat precinctus. Venit
ergo ad symonem petru͂. et dicit ei petrus. Dn͂e.

tu mihi lauas pedes. Respondit ihc.
et dicit ei. Quod ego facio. tu nescis modo.
scies autem postea. Dicit ei petrus. Non lauabis
mihi pedes in eternum. Respondit ei ihc. Si non la
uero te. non habebis partem mecum. Dicit ei simon
petrus. Dne. non tantum pedes meos. sed et manus
et capud. Dicit ei ihc. Qui lotus est. non indiget.
nisi ut pedes lauet. sed est mundus totus. Sed uos
mundi estis. sed non omnes. Sciebat enim quisnam
esset qui traderet eum. propterea dixit. non estis
mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum.
et accepit uestimenta sua. cum recubuisset iterum.
dixit eis. Scitis quid fecerim uobis. etenim
i. cxvi III. m. lviiii Uos uocatis me magister et dne. et benedicitis. sum
l. lxiii. i. cxvii X. Sol Si ergo ego laui uros pedes dns et magister. et uos
debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim
dedi uobis. ut quemadmodum ego feci uobis. ita
et uos faciatis.
i. cxviii II. m. xc Amen amen dico uobis. Non est seruus maior
l. lviii dominio suo. neque apostolus maior eo qui misit

illum· Si hec scitis· beati eritis si feceritis ea·
Non de omnib; uobis dico. ego scio quos
i·cxviii sol
elegerim· Sed ut adimpleatur scriptura qui man
ducat meum panem. leuabit contra me calcaneũ
suum· Amodo dico uobis. prius quam fiat. ut cũ
factum fuerit credatis quia ego sum·
i·cxx m·xcviii m·xcvi l·cxvi
Amen amen dico uobis. qui accipit si quem misero.
me accipit· Qui autem me accipit. accipit eum qui
me misit·
i·cxxi m·cclxxviiii m·clxi
Cum hec dixisset ihc turbatus est spu. et ptestatus est
et dixit· Amen amen dico uobis. quia unus ex uob tradet me
i·cxxii m·cclxxx m·clxii l·cclxxiiii
Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli. hesitantes de quo diceret·
i·cxxiii sol
Erat ergo recumbens unus ex discipulis ei' in sinu ihu
quem diligebat ihc· Innuit ergo huic simon petrus·
et dicit ei· Quis est. de quo dicit· Itaq· cum recubu
isset ille supra pectus ihu. dicit ei· Dne. quis est·
Respondit ihc· Ille ẽ· cui ego intinctũ panẽ porrexero·
i·cxxiiii l·cclxii
Et cum intinxisset panem. dedit iude simoni
scariothis· Et post buccellam. tunc introiuit in

troiuit in eum satanas.

i·cxxv sol Dicit ei ihc. Quod facis. fac citius. Hoc autem
nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Qui
dam enim putabant quia loculos habebat iudas. quia
dicit ei ihc. eme ea que opus sunt nobis ad diem festu(m).
aut egenis ut aliquid daret. Cum ergo accepisset ille
buccellam. exiuit continuo. Erat autem nox. Cum
ergo exisset. dixit ihc. Nunc clarificatus est filius
hominis. et ds clarificatus est in eo. Si ds clarifica
tus est in eo. et ds clarificabit eum in semetipso.
Et continuo clarificabit eum. Filioli. adhuc modi
cum uobiscum sum. Queretis me. et sicut dixi iudeis.
quo ego uado. uos non potestis uenire. Et uobis dico
modo. mandatum nouu(m) do uobis. ut diligatis inui
cem sicut dilexi uos. et ut uos diligatis inuicem.
In hoc cognoscent omnes. quia mei estis discipuli.
si dilectionem habueritis ad inuicem.

i·cxxvi mt·cclxxxiiii mr·clxx lc·cclxxv Dicit ei simon petrus. Dne. Quo uadis. Respon
dit ihc. Quo ego uado. non potes me modo sequi.
sequeris autem postea. Dicit ei petrus. Anima

meam p te pono. Quare non possum te sequi modo.
Respondit ihc. Animam tuam p me ponis. Amen amen
dico tibi. non cantabit gallus. donec ter me neges.
i. cxxxiii. x Sol. Et ait discipulis suis. Non turbetur cor uestrum.
Creditis in deum. et in me credite. In domo patris mei
mansiones multe sunt. Si quominus. dixissem uobis.
quia uado parare uobis locum. Et si abiero. et pre
parauero uobis locum. iterum uenio. et accipiam
uos ad meipsum. ut ubi sum ego. et uos sitis. et quo
ego uado scitis. et uiam scitis. Dicit ei thomas. Domine.
nescimus quo uadis. et quomodo possumus uiam
scire. Dicit ei ihc. Ego sum uia et ueritas et uita.
Nemo uenit ad patrem. nisi p me. Si cognouissetis
me. et patrem meum utique cognouissetis. Et amo
do cognoscetis eum. et uidistis eum. Dicit ei phi
lippus. Domine. ostende nobis patrem. et sufficit nobis.
Dicit ei ihc. Tanto tempore uobiscum sum. et non
cognouistis me philippe. Qui uidet me. uidet et
patrem. Quomodo tu dicis. ostende nobis patrem.
Non credis. quia ego in patre. et pater in me est.

Verba que ego loquor uobis. a me ipso non loquor.
Pater autem in me manens. ipse facit opera. Non cre
ditis. quia ego in patre. et pater in me est. Alioquin.
propter opera ipsa credite. Amen amen dico uobis.
qui credit in me. opera que ego et ipse faciet. et maiora
horum faciet. quia ego ad patrem uado.
l. cxxviii IIII ch. ccxvi ch. cxxv Et quodcumq. petieritis in nomine meo. hoc faciã.
ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomi
ne meo. hoc faciam.
Si diligitis me. mandata mea seruate. Et ego rogabo
patrem. et alium paraclitum dabit uob. ut maneat
uobiscum in eternum. spm ueritatis. quem mundus
non potest accipere. quia non uidet eum. nec scit eũ.
Vos autem cognoscetis eum. quia apud uos manebit.
et in uobis erit. Non relinquã uos orphanos. ueniam
ad uos. Adhuc modicum. et mundus me iã non ui
det. Vos autem uidetis me. quia ego uiuo. et uos
uiuetis. In illo die uos cognoscetis. quia ego in patre
meo. et uos in me. et ego in uobis. Qui habet manda
ta mea et seruat ea. ille est qui diligit me.

Io· cxxviiii / Mt· xcviiii / Mt· xcvii / Lc· cxvi — Qui autem diligit me · diligetur a patre meo · Et ego
diligam eum · et manifestabo ei · me ipsum ·
Io· cxxx / Sol — Dicit ei iudas · non ille scariothis · Dne · quid factū
est · quia nobis manifestaturus es te ipsum · et non mun
do · Respondit ihc · et dixit ei · Si quis diligit me ·
sermonem meum seruabit · Et pater meus diliget eum ·
et ad eum ueniem9 · et mansionē apud eū faciemus ·
Qui non diligit me · sermones meos non seruat ·
Io· cxxxi / Mt· xcviiii / Lc· cxvi — Et sermonem quem audistis · non est meus · sed ei9 qui
misit me patris · Hec locutus sum uobis · apud uos manens ·
Io· cxxxii / Sol — Paraclytus autem sps scs · quē mittet pater in no
mine meo · ille uos docebit omnia · et suggeret uob
omnia quecumq· dixero uob ; Pacem relinquo uob ·
pacem meam do uob · Non quomodo mund dat ·
ego do uob · Non turbetur cor urm · neq· formidet ·
Audistis quia ego dixi uobis · uado · et uenio et uenio
ad uos · Si diligeretis me · gauderetis utiq· quia ad
patrem uado · quia pater maior me est · Et nunc
dixi uob · prius quam fiat · ut cum factū fuerit cre
datis · Iam non multa loquor uobiscum · Venit

enim princeps mundi hui˙ · et in me non habet quicquã ·
Sed ut cognoscat mundus · quia diligo patrem ·
Et sicut mandatum dedit mihi pater · sic facio ·
Surgite · eam˙ hinc · XII Ego sum uitis uera · et pater
meus agricola est · Omnem palmitem in me · non
ferentem fructũ · tollet eum · Et omnem qui fert
fructum purgabit eum · ut fructũ plus afferat ·
Iam uos mundi estis · propter sermonem quem locu
tus sum uobis · Manete in me · et ego in uobis · Sicut
palmes non potest ferre fructũ a semetipso · nisi man
serit in uite · sic nec uos · nisi in me manseritis · Ego
sum uitis · uos palmites · Qui manet in me · et ego
in eo · hic fert fructum multum · quia sine me nihil
potestis facere · Si quis in me non manserit · mittet
foras sicut palmes et arescet · et colligent eum · et
in ignem mittent et ardet ·
i·cxxxiii IIII ar·ccxvi di·cxxu Si manseritis in me · et uerba mea in uob manserint ·
quodcumq · uolueritis petetis · et fiet uobis ·
i·cxxxiiii X Sol In hoc clarificatus est pater meus · ut fructũ plurimũ
afferatis · et efficiamini mei discipuli · Sicut dilex

me pater et ego dilexi uos· Manete in dilectione mea·
Si precepta mea seruaueritis· manebitis in dilectione
mea· sicut et ego patris mei precepta seruaui· et maneo
in eius dilectione· Hec locutus sum uobis· ut gaudium meum
in uobis sit· Et gaudium uestrum· impleatur·
Hoc est preceptum meum· ut diligatis inuicem sicut dilexi uos·
i· cxxxv IIII Io· ccuii Io· cxv Maiorem hac dilectionem nemo habet· ut animam suam
quis ponat pro amicis suis·
i· cxxxvi X Sol Vos amici mei estis· si feceritis· que ego precipio uobis·
Iam non dico uos seruos· quia seruus nescit· quid fa
ciat dominus eius· Vos autem dixi amicos· quia omnia
quecumque· audiui a patre meo· nota feci uobis·
Non uos me elegistis· sed ego elegi uos· et posui uos·
ut eatis· et fructum afferatis· et fructus uester maneat·
i· cxxxvii IIII Io· ccxvi Io· cxcv Et quodcumque· petieritis patrem in nomine meo· det uobis·
i· cxxxviii X Sol Hec mando uobis· ut diligatis inuicem· Si mundus uos
odit· scitote· quia me priorem uobis odio habuit·
Si de mundo fuissetis· mundus quod suum erat diligeret·
Quia uero de mundo non estis· sed ego elegi uos de
mundo· propterea odit uos mundus·

I.cxxxiiii III m.xc Mementote sermonis mei quem ego dixi uobis. non est seruus maior
I.lviii Si me persecuti sunt. et uos persequentur. Si sermonem domino suo
I.cxl X Sol meum seruauerunt. et uestrum seruabunt.
I.cxli m.ccxliiii m.cxxxiiii l.ccl Sed hec omnia facient uobis propter nomen meum.
I.cxlii III m.cxii l.cxiiii Quia nesciunt eum qui misit me.
I.cxliii X Sol Si non uenissem et locutus fuissem eis. peccatum non habe
rent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.
I.cxliiii m.xcviii m.xcvi l.cxii Qui me odit. et patrem meum odit.
I.cxlv X Sol Si opera non fecissem in eis. que nemo alius fecit. peccatum
non haberent. Nunc autem et uiderunt. et oderunt.
et me et patrem meum. Sed ut impleatur sermo qui
in lege eorum scriptus est. quia odio habuerunt me gratis.
Cum autem uenerit paraclitus. quem ego mittam uobis
a patre spiritum ueritatis. qui a patre procedit. ille testimo
nium perhibebit de me. Et uos testimonium perhibetis.
quia ab initio mecum estis. Hec locutus sum uobis. ut
non scandalizemini. absque synagogis facient uos.
I.cxlvi m.ccxliiii m.cxxxiiii l.ccl Sed uenit hora. ut omnis qui interficit uos. arbitretur
obsequium se prestare deo. Et hec facient uobis. quia
non nouerunt patrem neque me. Sed hec locutus sum

uobis ut cum uenerit hora eorum reminiscamini
quia ego dixi uobis.
l. cxlvii X Sol. Hec autem ab inicio uob non dixi. quia uobiscū eram.
Et nunc uado ad eum qui me misit. et nemo ex uobis
interrogat me quo uadis. Sed quia hec locutus sum
uobis. tristicia impleuit cor urm. Sed ego ueritate
dico uobis. Expedit uobis. ut ego uadam. Si enim
non abiero. paraclytus non ueniet ad uos. Si autem
abiero. mittam eum ad uos. Et cum uenerit. ille
arguet mundum de peccato. et de iusticia et de
iudicio. De peccato quidem. quia non credunt in
me. De iusticia uero. quia ad patrem uado. et iam
non uidetis me. De iudicio autem. quia princeps
mundi hui' iudicatus est. Adhuc multa habeo
uobis dicere. sed non potestis portare modo.
Cum autem uenerit ille sp̄s ueritatis. docebit uos
omnem ueritatem. Non enim loquetur a semetipso.
sed quecumque audiet loquetur. et que uentura sunt ad
nunciabit uobis. Ille me clarificabit. quia de
meo accipiet. et adnunciabit uobis.

I. cxlviiii III m. cxi l. cxviiii Omnia quecumq̄ · habet pater · mea sunt ·

I. cxlviiii Propterea dixi · quia de meo accipiet · et adnuntiabit uobis ·

SOL Modicum etiam non uidebitis me · et iterum modicū et ui
debitis me · quia uado ad patrem · Dixerunt ergo ex disci
pulis eius ad inuicem · Quid est hoc quod dicit nob̄ · mo
dicū et non uidebitis me · et iterum modicum et uidebitis
me · et quia uado ad patrem · Dicebant ergo · Quid est
hoc quod dicit modicū · nescimus quid loquitur · Cogno
uit autem ih̄c · quia uolebant eum interrogare · et dixit
eis · De hoc queritis inter uos quia dixi · modicum et non
uidebitis me · et iterū modicum et uidebitis me · Amen
amen dico uobis · quia plorabitis et flebitis uos · mundus
autem gaudebit · Vos autem contristabimini · sed tristi
cia ur̄a uertetur in gaudium · Mulier cum parit tristiciā
habet · quia uenit hora eius · Cum autem pepererit pu
erum · iam non meminit pressurę propter gaudium ·
quia natus est homo in mundum · Et uos igitur nunc
quidem tristiciā habetis · Iterū autē uidebo uos · et
gaudebit cor ur̄m · Et gaudiū ur̄m · nemo tollet a uob̄ ·
Et in illo die · me non rogabitis quicquam ·

i. cl II ch. ccxvi ch. cxxxv men amen dico uobis. siquid petieritis patrem innomine
meo. dabit uobis. Usq. modo. non petistis quicquā innomine
meo. petite et accipietis. ut gaudium urm sit plenum.
i. cli X Sol. Haec inprouerbiis locutus sum uobis. Uenit hora. cum iam non
inprouerbiis loquar uobis. sed palam depatre adnuntiabo uob.
Illo die innomine meo petetis. et non dico uob. quia ego
rogabo patrem deuob. Ipse enim pater amat uos. quia uos
me amatis. et credidistis. quia ego adō exiui. Exiui apatre.
et ueni inmundum. Iterum relinquo mundum. et uado
adpatrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam lo
queris. et prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quia
scis omnia. et non opus est tibi. ut quis te interroget.
In hoc credimus. quia adō existi.
i. clii IIII ch. cclxxxviii ch. clxviii Respondit eis ihc. Modo creditis. ecce uenit hora etiam
uenit. ut dispgamini unusquisq. inpropria. et me solū
relinquatis. Et non solum solus. quia pater mecū est.
i. cliii X Sol. hec locutus sum uobis. ut in me pacem habeatis. In mun XIII
do pressuram habebitis. sed confidite. ego uici mundū.
hec locutus est ihc. et subleuatis oculis incelum dixit.
Pater. uenit hora. clarifica filium tuum. ut filius

tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis.
ut omne quod dedisti ei det eis uitam eternam. Hec est
autem uita eterna. ut cognoscant te solum uerum dm.
et quem misisti ihm xpm. Ego te clarificaui sup terrā.
opus consummaui. quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc cla
rifica me tu pater apud temetipsum. claritate quam ha
bui. priusquam mundus esset apud te. Manifestaui no
men tuum hominibus. quos dedisti mihi de mundo.
Tui erant. et mihi eos dedisti. et sermonem tuum serua
uerunt. Nunc cognouerunt. quia omnia que dedisti
ab s te sunt. quia uerba que dedisti mihi. dedi eis. Et
ipsi acceperunt. et cognouerunt uere. quia a te exiui.
et crediderunt quia tu me misisti. Ego p eis rogo. non pro
mundo rogo. sed pro his quos dedisti mihi. quia tui
sunt. Et mea omnia tua sunt. et tua mea sunt. et clari
ficatus sum in eis. Et iam non sum in mundo. et hi in
mundo sunt. et ego ad te uenio. Pater sce. serua eos
in nomine tuo quos dedisti mihi. ut sint unū sicut
et nos. Cum essem cum eis. ego seruabam eos in no
mine tuo. Quos dedisti mihi custodiui. et nemo

ex his periit nisi filius perditionis · ut scriptura impleatur ·
Nunc autem ad te uenio · et hęc loquor in mundo · ut habeant
gaudium meum impletum in semetipsis · Ego dedi eis ser
monem tuum · et mundus eos odio habuit · quia non sunt
de mundo · sicut et ego non sum de mundo · Non rogo · ut
tollas eos de mundo · sed ut serues eos ex malo · De mundo
non sunt · sicut & ego non sum de mundo · Sc̄ifica eos in
ueritate · Sermo tuus · ueritas est · Sicut me misisti in
mundum · et ego misi eos in mundum · Et pro eis rogo ·
sc̄ifica me ipsum · ut sint et ipsi sc̄ificati in ueritate ·
Non pro his autem rogo tantum · sed et p̄ his qui credi
turi sunt p̄ uerbum eorum in me · ut omnes unū sint ·
sicut tu pater in me et ego in te · ut et ipsi in nobis unū
sint · ut mundus credat · quia tu me misisti · Et ego cla
ritatem quam dedisti mihi dedi eis · ut sint unum · sicut
et nos unum sumus · Ego in eis · et tu in me · ut sint con
sūmati in unum · Et cognoscat mundus · quia tu me
misisti · et dilexisti eos · sicut et me dilexisti · Pater ·
quos dedisti mihi · uolo · ut ubi ego sum · et illi sint
mecū · ut uideant claritatem meam quā dedisti mihi ·

quia dilexisti me a constitutione mundi.

i. c.liiii. mt. cxii. lc. cxuiiii. Pater iuste. et mundus te non cognouit. ego te cognoui.
i. clu. x. sot. Et hi cognouerunt. quia tu me misisti. et notum feci
eis nomen tuum. et notum faciam. Ut dilectio qua dilexisti
me in ipsis sit. et ego in ipsis.

i. clui. mt. ccxci. mr. clxxii. lc. cclxxuiii. Hec cum dixisset ihc. Egressus est cum discipulis suis
trans torrentem cedron. ubi erat ortus. In quem intro
iuit ipse. et discipuli eius. Sciebat autem et iudas qui trade
bat eum locum. quia frequenter ihc conuenerat illuc.
cum discipulis suis.

i. cluii. mt. ccc. mr. clxxxi. lc. cclxxxu. Iudas ergo cum accepisset cohortem. et a pontificib; et pha
riseis ministros. uenit illuc cum laternis. et facib; et armis.
i. cluiii. x. sot. Ihc itaq. sciens omnia que uentura erant sup eum. pces
sit. et dicit eis. Quem queritis. Responderunt ei. ihm
nazarenum. Dicit eis ihc. Ego sum. Stabat autem et iu
das qui tradebat eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis ego sum.
Abierunt retrorsum. et ceciderunt in terram. Iterum
ergo eos interrogauit. Quem queritis. Illi autem dixerunt.
ihm nazarenum. Respondit ihc. Dixi uob. quia ego
sum. Si ergo me queritis. sinite hos abire. Ut impleretur

sermo quem dixit· quia quos dedisti mihi· n̄ pdidi ex eis quemquā·

Io· clx· | Mt· cccii· | Mr· clxxxiii· | Lc· cclxxxvii·
Simon ergo petrus habens gladium eduxit eum· et percussit pontificis seruum· et abscidit eius auriculā dextrā·
Erat autem nomen seruo malchus·

Io· clxi· | Mt· ccxciiii· | Mr· clxvi· | Lc· cclxxxii·
Dixit ergo ih͞c petro· Mitte gladium in uaginam·
Calicem quem dedit mihi pater· non bibam illum·

Io· clxii· | Mt· ccc vi· | Mr· clxxxiiii· | Lc· ccxc·
Cohors ergo et tribunus· et ministri iudeorum· cōprehenderunt ih͞m· et ligauerunt eum·

Io· clxiii· | sot
Et adduxerunt eum ad annam primum· Erat enim socer caiphe· qui erat pontifex anni illius· Erat autē caiphas· qui consilium dederat iudeis· quia expedit unū hominem mori p populo·

Io· clxiiii· | Mt· ccc vii· | Mr· clxxxviii·
Sequebatur autem ih͞m simon petrus· et alius discipulus·
Discipulus autem ille erat notus pontifici· et introiuit cum ih͞u in atrium pontificis·

Io· clxv· | sot
Petrus autem· stabat ad hostium foris· Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici· et dixit hostiarie· et introduxit petrum·

Io· clxvi· | Mt· cccxiiii· | Mr· cxc v· | Lc· ccxci·
Dicit ergo petro ancilla hostiaria· Numquid et tu ex discipulis es hominis istius·

Io· clxviii· | sot

Dicit ille non sum· Stabant autem serui et ministri ad pru
nas· quia frigus erat· et calefiebant· Erat autem cu͂ eis et petrus·
stans et calefaciens se· Pontifex ergo interrogauit ihm̄ de
discipulis suis· et de doctrina ei͂·

lxx. cccciiii. clxxxiiii. cclxxxuiiii. Respondit ei ihc̄· Ego palam locutus sum mundo· ego semꝑ
docui in synagoga et in templo· quo omnes iudei conue
niunt· et in occulto locutus sum nullum· Quid me inter
rogas· Interroga eos qui audierunt· quid locutus sum
ipsis· Ecce hi sciunt· que dixerim ego·

lxxii sat Hec autem cum dixisset· unus assistens ministrorum de
dit alapam ihu͂ dicens· Sic respondes pontifici·

lxxiii sat Respondit ei ihc̄· Si male locutus sum· testimonium ꝑhibe
de malo· Si autem bene· quid me cedis·

Et misit eum annas ligatum· ad caiphan pontificem·

Erat autem symon petrus· stans et calefaciens se·
Dicit ergo ei· Numquid et tu ex discipulis ei͂ es· Nega
uit ille et dix͂· Non sum· Dicit unus ex seruis serui pon
tificis· cognatus eius cui͂ abscidit petrus auriculam·
Nonne ergo te uidi in hor(to) cum illo· Iterum ergo
negauit petrus· et statim gallus cantauit·

Io. clxxvii. I Mt. cccxviii. Mr. cxcviiii. Lc. ccc. Adducunt ergo ihm ad caipha in ptoriu. XIIII.
Erat autem mane. Et ipsi non introierunt in ptorium.
ut non contaminarentur. sed manducarent pasca.
Exiuit ergo pilatus ad eos foras. et dix. Quam accusati
onem affertis aduersus hominem hunc. Responderunt
et dixerunt ei. Si non esset hic malefactor. non tibi tra
didissemus eum. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum
uos. et secundum legem urm iudicate eum. Dixerunt
ergo ei iudei. Nob. non lic& interficere quemquam.
Ut sermo ihu impleretur quem dixit. significans. qua
esset morte moriturus.

Io. clxxviii. I Mt. cccxx. Mr. cc. Lc. cccii. Introiuit ergo iterum in pretorium pilatus. et uocauit
ihm. et dixit ei. Tu es rex iudeoru. Et respondit ihc.
A temetipso hoc dicis. an alii tibi dixerunt de me.

Io. clxxviiii. X Sat. Respondit pilatus. Numquid ego iudeus sum. gens
tua et pontifices. tradiderunt te mihi. Quid fecisti.
Respondit ihc. Regnum meum. non est de hoc mundo.
Si ex hoc mundo esset regnum meum. ministri mei
utiq: decertarent. ut non traderer iudeis. Nunc autem
regnum meum non est hinc.

clxxx. cccxxi. cci. Dixit itaque ei pilatus. Ergo rex es tu. Respondit ihesus. Tu dicis
quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum. et ad hoc ueni
clxxxi. sot in mundum. ut testimonium perhibeam ueritati. Omnis
qui est ex ueritate. audit meam uocem. Dicit ei pilatus.
clxxxii. cccxxiii. cciii. quid est ueritas. Et cum hoc dixisset. iterum exiuit ad iudeos et dicit eis
Ego nullam inuenio in eo causam.
clxxxiii. iiii. ccc viii. ccc iii. Est autem consuetudo uobis. ut unum dimittam uobis in pascha.
Vultis ergo dimittam uobis regem iudeorum.
clxxxiiii. ccc xxv. cciiii. ccc x. Clamauerunt rursum omnes dicentes. Non hunc. sed
barabban. Erat autem barabbas latro.
clxxxv. iii. cccxxviiii. cc vii. Tunc ergo apprehendit pilatus ihesum. et flagellauit.
Et milites plectentes coronam de spinis. imposuerunt
capiti eius. Et ueste purpurea circumdederunt eum. et ue
niebant ad eum et dicebant. Aue. rex iudeorum.
Et dabant ei alapas.
clxxxvi. iiiii. ccc iiii. ccc iii. Exiit iterum pilatus foras. et dicit eis. Ecce adduco uobis
eum foras. ut cognoscatis. quia in eo nullam causam inuenio.
clxxxvii. iii. cccxxviiii. cc vii. Exiit ergo ihesus portans spineam coronam. et purpureum
uestimentum. Et dicit eis. Ecce homo.
clxxxviii. sot Cum ergo uidissent eum pontifices et ministri. clama

I·clxxxviiii· sot bant dicentes· Crucifige· crucifige eum· Dicit eis pilatus·
I·cxc· Lc·ccciii· ccc vii· ccc xii· Accipite eum uos· et crucifigite· Ego enim· non inuenio in eo causā
Responderunt ei iudei· Nos legem habemus· et secundū legē
I·cxci· sot debet mori· quia filium dī se fecit·
I·cxcii· Mr·cccxxi· Mt·cci· Cum ergo audisset pilatus hunc sermonem· magis timuit· Et in
gressus est pretorium iterum· et dic̄ ad ihm· Unde es tu·
Ihs autem· responsum non dedit ei·
I·cxciii· sot Dicit ergo ei pilatus· Mihi non loqueris· nescis quia potesta
tem habeo crucifigere te· et potestatē habeo dimittere te·
Respondit ihs· Non haberes potestatem aduersū me ullā·
nisi tibi esset datum desup· Propterea qui tradidit me
tibi· maius peccatum habet· Exinde querebat pilatus
dimittere eum· Iudei autē· clamabant dicentes· Si hunc
dimittis· non es amicus cesaris· Omnis qui se regē facit·
contradicit cesari· Pilatus ergo cum audisset hos sermo
nes· adduxit foras ihm· et sedit p tribunali· in loco qui dicitur
lithostrotos· hebraice autem gabatha· Erat autē parasceue
pasche· hora quasi sexta· Et dicit iudeis· Ecce· rex urm·
I·cxciiii· Mr·cccxxvi· Mt·ccv· Lc·ccc viiii· Illi autem clabant· Tolle tolle· cruci- fige eum·
I·cxcv· sot Dicit eis pilatus· Regem urm crucifigam· Responder

pontifices · Non habemus regem · nisi cesarem ·
ccxcvi · cccxxiiii · Tunc ergo tradidit eis illum · ut crucifigeretur
cc vi · cccxiiii · Susceperunt autem ihm̄ et eduxerunt · Et baiulans sibi cru
ccxcvii · cccxxxi · cem exiuit in eum qui dicitur caluarie locum · hebraice
cc iiii · cccxv · golthotha · ubi eum crucifixerunt ·
ccxcviii · cccxxxvi · Et cum eo alios duos · hinc et hinc · medium autem ihm̄ ·
ccxv · cccxviii · Scripsit autem et titulum pilatus · et posuit sup̄ crucem ·
ccxcviiii · cccxxxv · Erat autē scriptū · Ihc nazarenus · rex iudeorum ·
ccxiii · cccxxiii · Hunc ergo titulum multi legerunt iudeorum · quia prope
cc · ciuitatem erat locus · ubi crucifixus est ihc · Et erat scriptū ·
hebraice · grece · et latine · Dicebant ergo pilato ponti
fices iudeorū · Noli scribere rex iudeorū · sed quia ipse
dix · rex sum iudeorū · Respondit pilatus · Quod scripsi · scripsi ·
cc i · cccxxxiiii · ccxii · cccxxi · Milites autem cum crucifixissent eum · acceperunt
uestimenta ei · et fecerunt quattuor partes · unicuiq;
militi partem et tunicam · Erat autem tunica in con
sutilis · desup̄ contexta p̄ totum · Dixer̄ ergo ad inuicē ·
Non scindamus eam · sed sortiamur de illa cuius sit ·
Ut sciptura impleretur dicens · Partiti sunt uestimenta

sibi. et in uestem meam miserunt sortem. Et milites
quidem. hec fecerunt.
i. ccii x sot S tabant autem iuxta crucem ih̄u. mater eius. et soror
matris eius maria cleope. et maria magdalena. Cum uidisset ergo ih̄c matrem et discipulum quem diligebat.
dicit matri sue. Mulier. ecce filius tuus. Deinde dicit
dicit discipulo. ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.
i. cciii. m. cccxxxiii. ioh. cc xiii. P ostea sciens ih̄c. quia iam omnia consummata sunt.
ut consummaretur scriptura. dicit. Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam
aceto hysopo circumponentes. obtulerunt ori eius.
i. cciiii. m. ccxlii. ioh. ccxxiii. lc. cccxxxiiii C um ergo accepisset ih̄c acetum. dixit. Consummatum est.
Et inclinato capite. tradidit sp̄m.
i. ccu. sot I udei ergo quoniam parasceue erat. ut non remanerent in
cruce corpora sabbato. erat autem magnus dies ille
sabbati. rogauerunt pilatum. ut frangerentur eorum
crura. et tollerentur. Venerunt ergo milites. et primi
quidem fregerunt crura. et alterius qui crucifixus est cum eo.
Ad ih̄m autem cum uenissent. et uiderunt eum iam

mortuum · non fregerunt eius crura · sed unus militum lancea
latus aperuit · et continuo exiuit sanguis et aqua · Et qui uidit
testimonium perhibuit · et ille scit quia uera dicit · ut et uos · et uerum est eius testimonium
credatis · Facta sunt enim haec · ut scriptura impleretur ·
Os non comminuetis ex eo · Et iterum alia scriptura dicit ·
Videbunt in quem transfixerunt ·
I· ccxii Mt· cccxlviii Mr· ccxxii L· cccxxxii Post haec autem rogauit pilatum ioseph ab arimathia · eo
quod esset discipulus ihu · occultus autem propter metum
iudaeorum · ut tolleret corpus ihu · Et permisit pilatus ·
Uenit ergo · et tulit corpus ihu ·
I· ccxiii Sol Uenit autem et nichodemus · qui uenerat ad ihm nocte
primum · ferens mixturam myrrae et aloes · quasi libras centum ·
I· ccxiiii Mt· cccxlviiii Mr· ccxxiii L· cccxxxiii Acceperunt ergo corpus ihu · et ligauerunt eum linteis ·
cum aromatib; sicut mos iudaeis est sepelire · Erat autem
in loco ubi crucifixus est ortus · et in orto monumentum
nouum · in quo nondum quisquam positus erat · Ibi ergo
propter parasceuen iudaeorum · quia iuxta erat monu
mentum · posuerunt ihm ·
I· ccxv Mt· cccli Mr· ccxxxi L· cccxxxiiii Una autem sabbati · maria magdalena uenit mane · cum
adhuc tenebrae essent ad monumentum · et uidit lapidem

sublatum a monumento ·

ucurrit et uenit ad si·monem petrum · et ad alium discipulū
quem amabat ihc · et dicit eis · Tulerunt dnm de monumento ·
et nescimus ubi posuerunt eum · Exiit ergo petrus et ille ali
us discipulus · et uenerunt ad monumentum · Currebant autē
duo simul · et ille alius discipulus precucurrit citius petro ·
et uenit primus ad monumentum · Et cum se inclinasset ·
uidit posita linteamina · non tamen introiuit · Uenit ergo
si·mon petrus sequens eum · et introiuit in monumentum
Et uidit linteamina posita · et sudarium quod fuerat sup
caput eius · non cum linteaminib · positum · sed separatim
inuolutum in unum locum · Tunc ergo introiuit et ille disci
pulus · qui uenerat primus ad monumentum · et uidit · et
sciebant credidit · Nondum enim scripturam · quia oportuerat eū
a mortuis resurgere · Abierunt ergo iterum ad semetipsos discipli

aria autem stabat ad monumentum foris · plorans · Dū
ergo fleret · inclinauit se · et prospexit in monumentum ·
Et uidit duos angelos in albis sedentes · unum ad caput ·
et unum ad pedes · ubi positum fuerat corpus ihu · Dicunt
ergo illi · Mulier · quid ploras · dicit eis · quia tulerunt

dn̄m meum. et nescio ubi posuerunt eum.
et cum dixisset. conuersa est retrorsum. et uidit ih̄m stan
tem. et nesciebat quia ih̄c est. Dicit ei ih̄c. Mulier. quid
ploras. quem queris. Illa existimans quia ortulanus esset.
dicit illi ei. Dn̄e. si tu sustulisti eum. dicito mihi ubi posuisti
eum. et ego eum tollam. Dicit ei ih̄c. Maria. conuersa illa.
dicit ei. Rabboni. quod dicitur magister. Dicit ei ih̄c. Noli
me tangere. nondum enim ascendi ad patrem meum. Uade
autem ad fr̄s meos. et dic eis. Ascendo ad patrem meum. et
patrem ur̄m. Ad dm̄ meum. et ad dm̄ ur̄m. Uenit maria mag
dalena adnuntians discipulis. quia uidi dn̄m. et hec dixit mihi.
um ergo eēt sero die illa una sabbatorum. et fores essent clau
se. ubi erant discipuli congregati. propter metum iudeorū.
uenit ih̄c. et stetit in medio. et dicit eis. Pax uobis. Et cum
hoc dixisset. ostendit eis manus et latus.
Gauisi sunt ergo discipuli. uiso dn̄o. Dixit ergo eis iterū.
Pax uobis. Sicut misit me pater. et ego mitto uos. Hoc
cum dixisset. insufflauit et dicit eis. Accipite sp̄m s̄cm.
Quorum remiseritis peccata. remittuntur eis. Et quorū
retinueritis. retenta sunt.

homas autẽ un' ex duodecī qui dicit̃ didim'. ñ erat cũ eis quando
uenit ih̃c. Dixer̃ ergo ei alii discp̄li. Vidim' dñm. Ille autẽ. dix eis.
Nisi uidero in manib; ei' figurã clauorũ. et mittã digitũ meũ in
locũ clauorũ. et mittã manũ meã in latus eius non credam.
Et p' dies octo. iterũ erant discp̄li ei' intus. et thomas cũ eis. Venit
ih̃c ianuis clausis. et stetit in medio et dix. Pax uob. Deinde dic̃
thome. Infer digitum tuum huc. et uide man' meas. et affer
manũ tuã et mitte in latus meũ. et noli ẽẽ incredulus. sed fidelis.
Respondit thomas. et dixẽ. Dñs meus. & ds̄ meus. Dic̃ ei ih̃c.
Quia uidisti me credidisti. beati qui non uider̃ et crediderũ.
Multa quidẽ et alia signa fec ih̃c in conspectu discp̄lorũ suorũ.
que ñ sunt scripta in libro hoc. hec autẽ scripta sunt. ut
credatis. quia ih̃c ẽ xp̄c fili' dī. Et ut credentes uitã habeatis. in no
Postea manifestauit se iterũ ih̃c. ad mare tiberiadis. mine ei'
simul manifestauit autẽ sic. Erant autẽ simon petrus. et thomas
qui dicitur didim'. et nathanahel qui erat a cana galileę.
et filii zebedei. et alii ex discp̄lis ei' duo. Dic̃ eis simon
petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venim' et nos tecũ. Et exier̃
et ascender̃ in nauẽ. et illa nocte nihil prendider̃. Mane
autẽ iã facto. stetit ih̃c in litore. ñ tam cognouer̃ discp̄li.

quiuib; est. Dicit ergo eis ihc. Pueri. numquid pulment[illegible]ū
habetis. Responderunt ei. Non. Dixit eis. Mittite in dexteram
nauigii rete. et inuenietis. Miserunt ergo. etiam non ualebant
illud trahere. a multitudine piscium.
icit ergo discipulus ille. quem diligebat ihc petro. Dns est.
Simon petrus cum audisset quia dns est. tunica succinxit
se. erat enim nudus. et misit se in mare. Alii autē discipli na
uigio uener. Non enim longe erant a terra. sed quasi cubitis
ducentis. trahentes rete piscium.
t ergo descenderunt in terram. uiderunt prunas positas.
et piscem suppositum et panem. Dicit eis ihc. Afferte de
piscibus. quos prendidistis nunc.
scendit simon petrus. et traxit rete in terram. plenū mag
nis piscib; centum quinquaginta trib; Et cū tanti eent. n̄ ē scissū rete;
icit eis ihc. Venite. prandete. quia dns est.
t nemo audebat discūbentiū interrogare eū. tu quis es. scientes.
t uenit ihc et accepit panē. et dat eis. et piscē similiter.
oc autem tertio manifestat' ē ihc discipl'is suis. cū resurrexisset a mortu[illegible]
ū ergo prandissent dixit simoni petro ihc. Simon
iohannis diligis me plus his. Dicit ei
tiam dne. tu scis quia amo te. Dic ei. Pasce agnos meos.
icit ei iterū. Simon iohannis diligis me. Ait illi. Etiā dne.

tu scis quia amo te. Dicit ei pasce agnos meos.
Dicit ei tertio Simon iohannis amas me? Contristatus est petrus
quia dixit ei tertio amas me. et dicit ei Domine. tu omnia scis. tu scis quia
amo te
Dicit ei pasce oues meas.
Amen amen dico tibi. cum esses iunior. cingebas te. et ambulabas
ubi uolebas. Cum autem senueris. extendes manum tuam et alius te
cinget. et ducet quo non uis. hoc autem dixit. significans qua
morte clarificaturus esset deum. Et hoc cum dixisset. dicit ei.
Sequere me. Conuersus petrus. uidit illum discipulum quem
diligebat ihesus sequentem. qui et recubuit in cena super pectus
eius et dixit Domine. quis est qui tradet te. Hunc ergo cum uidisset
petrus. dicit ihesu Domine. hic autem quid. Dicit ei ihesus. Si sic
eum uolo manere donec ueniam. quid ad te. tu me sequere.
Exiuit ergo sermo iste inter fratres. quia discipulus ille non
moritur. Et non dixit ei ihesus quia non moritur. sed si eum
uolo manere donec ueniam. quid ad te. hic est discipulus
ille qui testimonium perhibet de his. et scripsit hec.
Et scimus quia uerum est testimonium eius. Sunt autem
et alia multa que fecit ihesus. que si scribantur per singula.
nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi
sunt libros. Amen.



